







202 335
No 134

HYMNI ET EPIGRAMMATA
M MARVLLI



MICHAELIS TARCHANIOTAE MA
RVLLI CONSTANTINOPOLITA
NI EPIGRAMMATON AD LAV
RENTIVM MEDICEN PE
TRI FRANCISCI FILIVM
LIBER PRIMVS.

INTER MILLE NECES, DV
riq; incommoda Martis:
QVIS PVTET AOMIAS POSSE
iuuare deas?

Hic quoq; Laute iuuât; p; arma enesq; secũt;
Militiæ comites nec pudet esse meæ.
Quæq; manus ferrũposito fert ense libellos.
Et placet: & multis est sine dulce nihil.
Sed tamen his studiis debetur laissa senectus.
Interea certe sudor uterq; decet.
Tu modo diuerso gladios dũ strigimus orbe:
Hoc tibi sinceri pignus amoris habe.

AD NEAERAM.

Salve nequitiā meae Neгра/
Mi passercule/mi albe turtulle
Meum mel/mea suauitas/meum cor/
Meum suauiolum/mei lepores.
Tene uiuere ego queam relictae
Tene ego sine regna/te sine aurum
A ut menses arabum uelim beatas
O prius peream ipse/regna/ & aurum.

DE NEAERA

Inuenta nuper neruum cum tenderet acrem/
Obstupuit uisa uictus amor domina.
Sensit leta suas uires/oculosq; retorfit
Dum fugiat: uentis octor ille fugit
Sed dum forte fugit/ plene cecidere pharetre.
Deuicti spolum quas tulit illa dei.
Indu turq; humerū/ paniterq; hominesq; deosq;
Vna feno. uictus errat inermis amor.

AD FALCONEM.

Ingrate falco/ & enimen alicum omnium:
Quis cunq; mollis aura subleuat solor
Celumq; pennis nubila & tranant suis/
Ac regna solę cęlitum & uident domos.
Quis te repente tantus inuasit furor?
Tam mite regis perpeti ut nolles iugum.

Qui te tam amabat / uirgo quæ puppas solet.
Nondum manti uirgo quæ sedit sinu:
Nec ad iugales deicit lumen faces.
An nesciebas regias longas manus?
Insulserit nepte / perhiderit nauæ / impiet:
Cuius opera huc rex toto / & huc uagus die:
Vix nocte multa lassulus redit domum.

AD PAVLVM

TARCHANIOTEN.

Quid me Paule tuis uocibus enecas?
Non dis / non Veneri placet /
Quæ cunctis lachrymas minibus ingerit.
Nec fas estposito iugor /
Oblitum dominæ uiuere / & ignium:
Quem tactum semel improbus
Mins uersat amor sæuitia modis.

Tu cui maior inest uigor /
Et mens desideræ non patiens malæ /
Artes / & patrium decus
Turanda / & titulos suscipe achaicos.
Nos contra tenues / sine
Assueto dominæ seruitio premi.
Contentos placito sinu /
Inter nequitas / mutuaq; oscula
Turpem caniciem pati.

MORTVI PRO PATRIA.

Tu quicūq; uirum uacuo tot milia in aruo
Cernis / ab hirsutis dilacerāda fens:

Desine mirari / patri est hoc mons / honestam
Pugnando mortem quæres / nō tumulum /

AD ANTONIVM PRINCIPEM
SALERNITANVM.

Quærite Meoniden musæ: redit alter Achilles.

Quærite Peliden: Meonides remeat.

Hic ent & magnum referat qui solus Homerū
Et renouet Phthii fortia facta ducis.

Vos modo felices annos / & candida uitæ
Tempora / tam raris donibus apta date.

EPITAPH. THEODORI GAZAE.

Hic Gazes iacet / & gazæ sophia addita mater.

Alterutrū quoniā mors rapere / haud potuit.

AD FRANCISCVM SCALAM

Scala delictum tui Marulli /

Et ueri columen / decusq; amoris:

Quis te / quis deus huc uenire iussit?

Solatium ad ueterem tuum sodalem.

Qui solus calabris misellus oris /

Eiectus patria / sodalibusq;

Vni qui mala patriæ leuabant:

Flendo tempora conterit maligna.

O diem nitidum. quis huc/quis inquam
Venturum mihi Scala te putaret ?
Venisti tamen o amice: nec te
Tam longæ labor est uix moratus.
En cape oscula tam diu cupita:
Amplexus cape tam diu negatos:
Fruarhur pariter die beato.
Qui sas crastina quid minetur hora?

AD MAXIMILIANVM
CAESAREM.

Si quis opum largus: si quis uirtutis alūnus:
Si quis sinceræ cultor amicitix:
Si quisq̃ dubia fati sublimior aurat
Si quis fortunam qui facit ipse sibi:
Si quis marte ferox: si quis post arma benignus:
Si quis qui quod habet/hoc habet ille bonis:
Si quis possessor fidei / probitatis / honesti:
Ne uiuam / si non tu mihi Cæsar hic es.

DIDO. IN ANVLO

Tu qui me casusq; meos in imagine parua
Aspicias / & digito tristia fata refers:
Vera hæc effigies / nex uera est hospes Elissæ:
Sed non uera necis causa / pudendus amor.
Nec mihi Phryx nocuit: nec. n. phryga nouimus ul
Cura sed antiqui casta tenaxq; tori. // lū:

Quam ne coniugio libyci uiolare tyranni
Cogeret: hac cecidi fortiter uisa manu.

At uos o uates si sunt hæc præmia laudi:

Quæ feret incestu femina adulteri?

AD ANTONIVM PRINCIPEM

SALER.

Das gēmas aurūq; ego do tibi carmina tantū.

Sed bona si fuerint carmina plus ego do.

AD NEAERAM

Sic me blanda tui Negra ocelli /

Sic candentia colla / sic patens frons /

Sic pares minio genæ perurunt /

Ex quo uisa mihi / & simul cupita es:

Vt ni me lachrymæ rigent perennes /

Totus in tenues eam fauillas.

Sic rursum lachrymæ rigant perennes /

Ex quo uisa mihi / & simul cupita es:

Vt ni blanda tui Negra ocelli /

Ni candentia colla / ni patens frons /

Ni pares minio genæ perurant:

Totus in riuos eam liquores.

O uitam miseram / & cito caducam.

EPI. GER. CAESARIS

Parce hospes tumulo: Cæsar Germanicus hic sū.

Sæpe etiam ignotis ipse dedi requiem.

Quod si quē tituli nihil huius gratia tangit:

Ac moueat patria fraude / quod hic taceo.

Sed iaceo quāuis nō uitę / at plenus honorum.

Hoc uno ingratus q̄p genui patrię.

Testata est mores lachrymis plebesq; / patres q;.

Hęc sunt sincera iudicia ingenii.

EPI. VITVLI ET ASELLÆ

Merenda utulus / atq; asella coniuges:

Qui morte p̄uenti mala / nec ille bos:

Nec illa quiuit emori asina: hoc ex suis

Sibi bonis sumpsere quod uides soli.

DE POETIS LATINIS

Amor / Tibullo. Mars / tibi Maro debet.

Terentio / foccus leuis.

Coturnus / olim nemini satis multum.

Horatio / satyra & chelys.

Natura magni uersibus Lucretii

Lepore Musęo illitis.

Epigramma cultū / teste Rhallo adhuc nulli.

Docto Catullo / syllabę.

Hos si quis inter cęteros locat uates:

Onerat / q̄ honorat uenus.

IN MANCINVM

Effigiem quærıs / nec uis Mancine poetam.

Quid nisi q̄ comedit nil statua: hic comedit.

AD NEAERAM.

Sic istos oculos tuos Neera /
Avertis / quoties perire me uis:
Tanq̄ perdere non queas tuendo.
Sed tu ne peream times beatus.
Ne time. ha miser ha miser penbo.
Sed hoc tam miserum (ut putas) periret
Tuo seruitio magis beatum est.

DE NAPE.

Qd̄ Sappho aoniis decima ē soror addita musis /
Inter pieridas negligit esse Nape.
Miraturq; pati scelus hoc cęlestia corda:
Et sanctum impuro camine nectar emi.
Vsq; adeo ne intacta Nape / nil spurcius imo est.
Sed certe uani fibula obiicitur.

EPI. FRANCISCI SFORTIAE

Si genus audieris / spemes : mirabere gesta.
Illud fortunę est : hoc opus ingenti.

AD NEAERAM.

Has uiolas / atq; hæc tibi candida lilia mitto.
Legi hodie uiolas / candida lilia heri.
Lilia / ut instantis monearis uirgo senectę :
Tam cito quę lapsis marcida sunt foliis.
Illę / ut uere suo doceant uer carpere uitę :
Inuidā quod miseris tam breue parca dedit.

Quæ sit arda uenis / nō uer breue / nō uiolas : sed
(Proh facinus) sentes cana / rubosq; metes.

DE MORTE IANI FRATRIS

Per scythiam / bestiosq; feros / per tela / phostes
Riphæo uenio tristis ab usq; gelu:

Scilicet ex equis tibi producturus inanes:

Fratremis unus ne careas lachrymis :

Teq; peregrina frater tellure iacentem /

Ectua sparsurus fletibus ossa meis.

Quâdoquidē post tot casus patriæq; domusq;
(Tanquã hoc exempto nil nocuisset adhuc)

Te quoq; fors inuisa tibi dulcissime frater

Abstulit: elysium misit & ante diem,

Neforet aut fletus qui solaretur acerbos:

Iungeret aut lachrymis fratris / & ipse suas.

Heu miserã de puer quæ te tibi fata tulerunt!

Cui miseram linquis frater adempte domũ /

Tu mea post patriam turbasti pectora solus.

Omnia sunt tecum uota sepulta mea.

Omnia tecũ una tumulo condũrur in isto.

Frater abest: fratrem quæso uenire iube.

Cur sine me elysia felix spatia sub umbra /

Inter honoratos nobilis umbra patres.

Occurrunt grai q; atavi / proauiq; latini.

Frater abest: fratrem quæso uenire iube.

Hic tibi pallentis uiolas legit / alter amomū /
Narcissum hic / uernas pomigit ille rosas.
Attolluntq; solo: cansq; amplexibus hērent.
Fratrē abest: fratrem quęso uenire iube.
Interea quoniam sic fata inimica tulerunt:
Nec mihi te licuit posse cadente mori:
Accipe quos habeo lugubria munera fletus.
Aeternumq; meę fratrē aue lachrymę.

AD LAUR. PETRI FRANCISCI

Quod solus bone Laure adamas / ornasq; poetas
Nil mirum est: solus carmine digna facis.

EPITHAPHIUM DEIPHYLES

Deiphyle iacet hic / prima intercepta iuuenta:
Et sedū & sexus gloria rara sui.
Quę dum uita fuit / supos ipsūmq; tonantem
Torserat: inferno nunc mouet arma Ioui.

AD ACCIUM SINCERVM.

Acci non ego tela / non ego enes /
Non incendia / pestilentias uer
Non minas uereor ferociorum /
Non hymbres / mare / turbines / procellas /
Non quęcunq; aliis solent nocere /
Quę cuncta unius æstimamus assis.
Verum tristibus his malum / puella est:
Quę me cum libuit potest necare.

DE LEUCOTHOE.

Odit Leucothoe, sed quo plus odit/ego illam
Plus pereo, quid si non ita acerba foret/
B'anda minus poterat, hoc in me callida uidit
Et fugit: inuitam quo magis ipse uelim.

EPI. MICHAELIS TARCHANIOTAE
AVI MATERNI

Parce hospes: cineresq; pios ne lede profanus.

Si nescis: castis hec loca sola patent.

Necte priuata moueat q; claudor in urna.

Hec quoq; fortunę non mea cura fuit.

Longe hospes: lōge tamē erras: si mea credis

Nomina / in exiguō tota reposita solo.

Quęq; tot ob patriā pugnādo uulnera passus:

In cineres mecum uersa abussi leues.

Atq; utinā ob patriam tātū: nec diceret hospes

Cum patria/ & natis oppetiissetibus.

Quos ego suprema comites hortatus in hora:

Vincere dum nequeo/ cum patria perii.

AD NEAERAM.

Rogas quæ mea uita sit Neera.

Qualem scilicet ipsa das amanti est.

Infelix/ misera/ inquires/ molesta.

Aut si triste magis potest quid esse.

Hæc est quam mihi das Neera uitam.

Qui dicis comites / dolor / querelæ /
Lamentatio / lachrymæ perennes /
Langor / anxietas / amantudo
Aut si triste magis potest quid esse:
Hos tu das comites Neq̃ra uitæ.

DE ANT. PRINCIPE SAL.

Olim rogatus quid sibi relinqueret
Tam multa qui cuiuis daret:
Hoc inquit ipsum Antonius si quid dedi.
Nam cætera haud puto mea.

DE XYSTO.

Senferat aufoniam uix dū bene federe iungit
Cum peni Xystus dixit / & interit.

DE THRASYBVLO

Cum fugeret ciuem ciuis deuictus ut hostem:
In patriam scelens conscius ipse sui.
Stare uiri Thrasybulus ait: uictoria uestra est.
Nec mihi / sed uobis uicimus & patriæ.
Dixit / per mediosq; ruens ensesq; uirosq;
Parcendum passim ciuibus ingeminat.

AD ANTONIVM PETRVCIVM.

Qui sit Petrucci ut si quis est mihi uisus /
Si quem saluto / si cui manum porsi /
Caput ue moui: protinus mare / & montes:
Aut si quid usq̃ est impudentius iactent.

Et se patronos offerant uel inuito.
Iidem rogati certa postulat cum res/
Mirantur unde tam audiāt nouum nomen.
Nec iam Marullum/ uerba nec sua agnoscunt.
Homines crepitui q̄ simillimi uentris.
Pontanus illos ut meus bene appellat.
Tu solus a me cultus unice quicq̄
Nec pollicens/ uana nec mihi iactas.
At cum uidetur postulare res/ ultro
Implet parentis munus. atq; agis mecum
Non ut patronum/ sed pium ut decet patrem.
Nimirum amaſq; ſolus/ & tibi conſtas.

EPITHAPHIUM

ALBINAE.

Hic Albina iacet. sed non tamen hic iacet una
Albina: hoc Venenis non tulit ipse puer.
Sed tela/ atq; arcus/ pharetręq; cupidinis arma:
Quicq; fuit mollis ſemper in ore decor.
Spargite humū foliis: uerno nec parate flori.
Hæc quoq; quæcinis ē/ flos mō uernus erat.

IN SUPERBIENTEM.

Cum felix/ regnoq; potens uideare paterno/
Inq; dies creſcat gloria honorq; magis/
Nec tua maiorum titulis concedat imago/
Et facile ex animo ſit tibi cuncta fore.

Fastidire tamen uictos miserofq; caueto.

Ertua fortunæ regna minora puta.

AD ALEXANDRVM CORTESIVM

Commendo tibi Cortefi foauum

Ipsum non secus ac tuum Marullum.

Namq; est nobilis atq; litteratus

Et nisi manifesta pernegamus

Vrbanus / facilis / uenustulusq;.

Si me diligis (ut facis) Soauum

Ipsum dilige / ama / foue / adiuuaq;.

Dignus est (mihi credito) Soauus

Et sodalio tuo / & fauore.

EPITHAPHIUM

SIMONETTE VESPVITIAE

Si lachrymis decorâda nouis generosa puella é;

Hæc una est lachrymis condecoranda nouis.

Si in deflere nefas tam raræ funera uitæ:

Hæc eadem siccis una adeunda genis.

DE SVO AMORE

Iactor / dis / peo / crucior / trahor huc miser atq; huc /

I pfe ego iam quis sim nescio / aut ubi sim.

Tot simul ifidiis premor údiq; proh dolor ï me

Sçuitiæ cypnis dat documenta suæ.

Sçuitiæ documêta suæ dat: ego hanc tamê unam

Depereo. utq; nocet / sic libet usq; sequi.

Qua si quis miserum solā me liberet horam:

Hic mihi sit p̄bebo doctior & melior.

DE AMORE ET MERCVRIO

Forte Ioui dum iactat amor sua tela / deorum

Nuncius ex humero surripuit pharetram.

Sensit amor fraudes / & me ne ignaue lacellis /

Cuius ait mentem surripui tonēs.

EPITHAPHIVM PHILIPPI MA

RVLLI AVI PATERNI.

Siste hospes / atq; hæc uerba si placet / lege.

Neq; enim rogamus nisi lubentē quēpiam.

Ego Philippus hic Marullus contegor.

Posuit superstes filius Manilius /

Vxorq; Thomae, hoc satis, cętera alii.

De se Marullo proloqui ulterius nefas.

IN POSTHVMMVM

Scribis / agis / recitas sęp noua posthume: qđ nī /

Posthume crede mihi quicqđ agis / nouus es.

AD MARTIAM BOCONTIAM

Cum sit acidalię facies / artesq; Mineruę /

Et Iatonigenę pectorā casta deę.

Cur tibi Mars tribuit spetiosum Martia nomen /

An contra qđ me tam fera bella facis /

Bella facis: faciasq; licet / tibi dedita seruit

Mens tamen: & duros seruiet ad cineres.

Quod si quis misero post funera sensus amoni est:
Tunc quoque amet uultus ossa ea forma tuos.

EPITHAPHIVM PHOLOES

Hic choreæ / cantusque iacent / Veneresque / iocique.
Vnius neque, n. est hic tumulus Pholoes.
Nam simulac decimum necdum bene uenit ad annum
Protinus & rans annumerata fuit:
Mille illam petiere proci, sed mille repulsis /
Maluit in uiduo casta iacere toro,
Tędarumque expers sine coniuge degere uitam
Libera perpetuo nec dare colla iugo,
Atque ita teste breui / ueloque ornata sacerdos
Virgineos intrat non diuturna focos.
Risit amor Claralę habitum / mentęque puellę:
Et leuiter / nostra est hæc quoque miles ait,
Nec longum / ardet inops mētis: uictasque perosa /
Sedit sub męgni conspicienda cauis.
Et tamę antiquusque rigor / & nescia amorum
Rusticitas / animo pristina ut ante fuit.
Non illam nixę / nõ lenia murmura amanti
Iuuerunt: medio non uaga lingua ioco,
Non partes egit ue suas: lassataque sæpe
Immoto miserum corpore cepit onus.
Donec rugosa uultus mutante senecta /
Vilis amatori uisa grauisque suo est.

Tum demū faciem / & formæ mala dāna caducæ
Conqueri: & auxilium quærere ab arte nouū.
Et modo cōpositum blanda latus arte mouere:
Sæpe iocis tardos sollicitare uiros.
Nunc pariter digitisq; loqui / nutuq; fideli:
Verbaq; de tacitis mutua ferre notis.
Interdum insano Veneris cogente furore /
Cum iam flamma regi non satis apta foret:
Dulcia concentu modulari carmina blando:
Et placida captos ducere ab arte animos.
Aut matronalem uerbis mollire rigorem:
Et precibus castas sollicitare nurus.
Aut iam mutatos animis coniungere amantes:
Duraq; mellita flectere corda prece,
Quæ dum dulcis anus curat (proh tristia fata:)
Ante diem nigrum p styga fecit iter.
Fleus tamen / ut flentes se circūspexit amicos /
Tot defecturo iam dedit ore sonos.
Erripion / sed uos dum lux breuis ista / caute
Ne quis iners uitæ tempus abire sinat.
Dixit: & in tenues mens agra euanuit auras /
Fleuerunt charites funera / fleuit amor.
Vade anus egregia / tibi uer / tibi cīnama surgant.
Et crescat tumulo spica ciliis a tuo.

DE VENERE ET VVLCANO.

Męsta Venus rapti casum plorabat Adonis:
Factaq; fulminei uulnera dente suis.
Sensit / & indignās quid fles dea / mulciber inqt.
Non habet in Martem ius / uiolentus aper.

AD ACCIVM SINCERVM.

Miranis Acci cur tacet Linus patrem.
Mater Nape non prodidit.

AD AVITAM.

Quid frustra toniēs necas rogando /
Nec firmum tibi auita / nec fidelem /
Contentum solito perire amore.
Non sum cui placeant simul trecentæ.
Non ego cupio hanc / & hanc / & illam.
Primus ardor & ultimus Neera est.
Tu si quid tibi auita cordis usq; est:
Si me audis: eadem roga uolentem /
Optantemq; libet rogare quando.
Nos uni sine mutuis fauillis.

Nam miserrimum amare non amantem est.

AD ANTO. PRINC. SALER.

Quod regni / q; opum / largi q; nominis haeres:
Fortunæ Antoni non leue munus habes.
At q; perpetui cultor generosus honesti es:
Ingenio debes quicquid id ingenio.

DE IA. QVARTO APPIANO.

Quantum rogabam Leucophæam mutuam:
Donauit ille Coccina.

Non inq̄ adeo beatus est uates tuus.

Nec tam ipse respondit miser.

At cur rogavi quam daret/non crederet.

Quod nec dii ait/credant mihi.

O digna quarte uox tuis uirtutibus/

Notanda cunctis sæculis.

Qui uim deorum principes sequi mones:

Quorum uicem inter nos gerunt.

CONSOLATIO AD ANDREAM

MATTHEVM AQVAVIVVM

DE MORTE IVLII PATRIS.

Nuncia fama patris ad nos puenit adempti:

Protinus & lachrymas uisa nouare meas.

Nec tua tam fateor/q̄ me mala publica tangunt.

Et subit hesperii flenda ruina soli.

Occidit Aufonidum uir nulli laude secundus:

Sive uelis belli/seu magis arte togæ.

Ille dies primum metuendos reddidit hostes:

Et cecidit lanæ gloria militiæ.

Vidi ego confusas peditūq; equitumq; cateruas

Rorantes oculos uix bene tollere humo.

Et modo militiam/modo deplorare latinum

Nomen: & erepti iura/fidemq; ducis.

Et uoluisse mori: nec te fortissime Iuli
Amisso uilem continuasse animam.
Quid tibi nūc tot pulsi hostes: tot mētia p̄sunt
Diruta? quid titulis fulcra sup̄ba domus?
Quid ligurum deuictæ acies? quid gallica signa?
Patriaq; pugnaci gloria rara manu?
Nō minus infestos medijs deprehēsus ī hostes!
Dum tibi turpe putas cedere mille uiris!
Occidis: heu titulis sæui accessurus Achumi.
Me miserum quantum nex dedit una mali!
At piā pro patria pro diis an̄sq; tuendis!
Indueras latium dux caput arma tibi.
Vttoresq; deos iurata in bella trahebas:
S' modo sunt curæ iusq; piumq; deis.
Sed neq; fas/neq; iura deos mortalia tangunt.
Et rapit arbitrio fors fera cuncta suo.
Nam quid prisca fides iuuat/pietasq; pelagos?
Nempe iacent nullo damna leuante deo.
Aspice Byzanti quondam gratissima diuis
Mētia: Romanæ nobile gentis opus.
Hæc quoq; iam pridē hostili data præda furoni ē:
Solaq; de tanta gloriā gente manet.
Viuit honos/uiuunt benefacta/uirūq; labores.
Et fugit hostiles fama/decusq; rogos.
Sic tua longinquum late diffusa p̄ æuum.

Nomina p̄ gentes fama loquetur anus:
 Certatimq; canent docti tua gesta poetæ:
 Factaq; erunt populis/dictaq; nota tua.
 Hic uerus uirtutis honos: hæc digna laborum
 Præmia: magnanimis iure petenda uiris.
 Parcite præclarum funus uiolare querendo.
 Hostibus eueniant funera lenta meis.
 Hostibus eueniat molli tabescere lecto:
 Amplexus inter femineosq; mori.
 Arma uiros/cædesq; decent. quid tēpora uitæ/
 Natalesq; uiri cōnumerare iuuat?
 Sat uixit/ si quem uitæ non p̄gnitet actæ.
 Laudibus & fama longa petenda dies.
 Nil magis est certum summa mortalibus hora.
 Serius/ aut citius una terenda uia est.
 Quid fraudare iuuat momento tēporis æuum?
 Sera licet/ nunquã est sera/ futura dies.
 Optima pars uitæ supremo ex funere pendet.
 Felix cuiq; est fas bene posse mori.
 Quod si quis casusq; hominum/seriemq; laborū
 Cogitet: & uitæ tot mala damna breuis:
 Iam primos mecū ille ortus/ non ultima flenda
 Tempora/ mortali sentiet esse uiro.
 Debita naturæ mors est. quid pectora planctu
 Concutis? Inuidiam parce mouere deis.

Parce precor Matthee / modūq; impone dolori.
Ingenium luctus dedecet iste tuum.
At non sic Tynchusq; senex / spartanaq; natū
Fleuit. ens molli mollior ipse nurus /
Si tibi consultū non is: at cōsule fratri:
Consule amicis: coniugioq; tuo.
Aspice qui populi: quis te circūspicit ordo:
Imposita est humeris sarcina quāta tuis.
Sume animos: nec te uisano trade dolori.
Et populis tandē da sua iura tuis.
Da populis sua iura tuis: ternsq; beatus
Vive diu. meruit quæ pater / astra tenet.

AD NEAERAM

Non tot Attica mella / lictus algas /
Montes robora / uer habet colores:
Non tot tristis hyems niget pruinis /
Autumnus grauidis tumet racemis:
Non tot spicula medicis pharetris:
Non tot signa micant tacente nocte:
Non tot aquora pisobus natantur:
Non aer tot aues habet serenus:
Non tot oceano mouentur undæ:
Non tantus numerus libyisæ arenæ:
Quot suspina: quot Negra / pro te
Visanos patior die dolores.

DE EUPHROSYNEA

Quicquid agit ueneres agit Euphrosynea. sed hæc
Disperere si nõ dispenmüt ueneres. // me
Nam quotiens uideo / toties & pectus / & ipsuin
Cor silet: & totus deficio ac pereoo.

AD GEMMAM

Qui dedit Aiaci / Thesidæ / Protefilao:
Ille dedit nomen lucida gemma tibi.
Nam neq; fulgidior / neq; te formosior ulla est:
Qui æq; hominũ possit corda mouere magis.
Iure igitur gemma es. q; si tibi displicet illud /
Dum dea: uel Pallas / uel magis esto Venus.

EPITHAPHIUM

EUPHROSYNES TARCHA

NIOTAE MATRIS.

Quæ nã hoc i tumulo regiẽ matrona / uenustas.
Ille pudicitiam dixerat, hæc eadem est.
Qd genus / Inachidi. generis fortuna / beata:
Sed cecidit patria deficiente sua.
Quis torus / unus / & hic felix sine lite / Marulli.
An mater / leno pignore fecit auum.
Quæ uita / i tenebris. quæ causa idigna doloris /
Occalus / patriæ seruitiumq; graue.
Equẽ cum patria luxit / fratresq; / patrẽq;
Sed quas felices diceret esse animas.

Felices nimirū animæ. sed. n. hæc quoq; felix /
Femina tam rari pectonis in patriam.

DE NEAERA

Viderat intactā nuper Venus alma Negram:
Et puero cessant quid tua spicula ait?
Cui deus humētes lachrymis deiectus ocellos /
Spicula ait mater quæ tenet illa refers.

AD SODALES

Laure / compater / Altili / Elisi / Eli /
Parde / Phosphore / Rhalle / Zenobi / Acci /
Pontane / unanimi mei sodales.
Quā bene est mihi cum mea Thalia:
Quā mecū bene rursus est Thaliæ.
Ambo dulciculi: uenustuli ambo:
Ambo lusibus erudituli iisdem:
Iisdem moribus educatuli ambo:
Fortunæ pariter malignæ uterq;
Quā neuter tamen æstimat caballi.
Vt qui me uidet / hanc putet uidere.

AD MANILV M RHALLVM

Fenerat / & leuis Endymion tibi Rhalle uidetur.
Crede mihi nimis est hic homo Rhalle grauis.

DE MNESTHEO.

Matrem rogatus faceret / an patrē pluris:
Iphicrate satus nobili.

Matrem inquit, hæc enī atticū ædidi: græcus
Quē uoluerat Thracem pater.

EPI THAPHIVM

L. CRASSI NEAPO

LITANI.

Lustrabas dum uita fuit uagus aduena terras.

Salicet antiquæ Crasse memor patriæ.

Nūc functus uitæq; / hominūq; laboribus ægris /

Protinus in ueram rursus abis patriam.

AD NEÆRAM

Iurauī fore me tuum perēne /

Per me: per caput hoc: per hos ocellos /

Qui te dispēnere contuendo: /

Per quod plurima contulit dolēda,

Hæc inquis mea sunt, tua ista sunt.

At certe lachrymæ meę Neęra:

Quas iuro fore me tuum perēne.

DE AMORE

Quis puer hic? Veneris, plenæ quę cā pharetrę ē /

Nō bene prouisus certa quæ arma mouet.

Cur sine ueste deus simplex puer odit opertū.

Vnde puer? pueros quæ facit ipse senes.

Quis pēnas humeris dedit? incōstātia, quare

Nulla deo frons est? signa inimica fugit.

Quæ fors eripuit lucē? imoderata libido.

Cur macies / uigilis curas / dolorq; facit.

Quis cæcum præter ebrietas / sopor / ocia / luxus.

Qui comites / rixæ / bella / odia / obprobriū.

Qui cælo dignati / hoies. quæ causa coegit?

Mitior auctore est credita culpa deo.

Heu curum genus / & ueri corda inscia. quo ius?

Fasq; / scelus miseri si scelere abluimus.

DE NEERA.

Mutatum uisa Phoranide credite Phineum.

Res antiqua / tamen teste pbata suo est.

Nec iam uana putet ueterum miracula quisq;:

Ipse ego inspecta cum nigeam domina.

Mens tamen / & ueteris remanēt incendia mentis.

Sic etiam Niobe flet lapis in Sipylo.

AD NEERAM.

Puella mure dilicatiore Scythæ:

Folii ue serici comis:

Vel educata rure pestano rosa:

Vel anseris plumma leui.

Eademq; duns dura caunibus magis:

Quas tundit hybernum mare:

Cum nubilosis aphricus pennis grauis:

Sæuit ligustico sinu.

Remitte cor si quis pudor mihi meum:

Quod mille cepisti dolis.

Dum nunc ocello dulce subrides nigro /
Nunc fronte spem certa facis.
Quod nunc habes in uinculis quasi syrurum /
Aut comparatum sarmatam.
Verum remitte dura non ultra tuum:
Iam enim rogat melior sibi.
Quæ nos ocellis diligit suis magis:
Neq; hoc / neq; illud imputat.
An tu putabas scilicet firmum tibi /
Tot barbæ affectum modis?
Quanquã beati centies / & amplius:
Si quos tenaci compede:
Quæ prima uix dum puberes iunxit fides:
Eadem extulit pios senes.

AD QVINTILIANVM.

Qd̄ nimium castus liber est / nimitūq; pudicus
Displicet: ingenium Quintiliane p̄bas.
Gratulor ingenio quãtū finis, heus age / sed dic:
Cur n̄bi non adeo carmina casta placent?
Casta placēt Phēbo / castissima turba sororū est.
Casta pios uates Pienosq; decent.
Nos quoq; casta mouēt: quīs distamus ab illis:
Et uetat ingenuus uerba inhonesta pudor.
Tu licet huc Marsumq; feras / doctūq; Catullū:
Et quoscunq; alios martia Roma legit.
Non tamē efficies / ut phrynæ scribere malim:

Quæ tibi / uel turbæ Laodamia tuæ.
Et tamen hæc possunt Phrynæ quoque grata uideri.
Illa / nisi Phrynæ displicitura palam est.
Sit procul a nobis obscæna licentia scripti.
Ludimus innocuæ carmina mētis opus.
Vtque nec arma uirum / nec magni orientia cæli
Signa / nec immensū mūdi aperimus opus.
Quid pluat / unde hoies / quæ uis manas hinc alta:
An deus / an manes / an flegethōtis aquæ.
Sic iuuat in tenui / legē seruare pudori.
Et quæ non facimus dicere facta / pudet.
Sic satis auratos cines laudare Negræ.
Sic satis in duram multa queri dominā.
Et facere iratū sauo conuitia amori /
Nec nisi de scythica credere rupe satum.
Cætera Thespiadum phibet chorus. hæc ego: phæ
Annuit: & factis ora rigauit aquis // bus
AD MANILIVM RHALLVM.

Non uides uerno uariata flore
Tetra: non postes uiola reuinctos?
Sed coronatis uindis iuuentus
Mixa puellis.
Concinunt maias pueri kalendas:
Concinunt senes bene feriati.
Omnis exultat locus / omnis ætas
Læta renidet.

Ipse reiectis humero capillis/

Candet in palla crocea Cupido,

Acer & plena iaculis pharetra/

Acer & arcu.

Et modo huc circūvolitans/ & illuc

Nectit optatas iuuenum choreas.

Artibus notis alimenta primo

Dum parat igni.

Nunc puellans medius cateruæ

Illius flauum caput illiusq;

Comiti & uultus: oculisq; letum

Addit honorem.

Mitte uesanos bone Rhalle questus,

Iam sat indultum patnæ ruinæ est,

Nunc uocat lusus/positisq; curis

Blanda uoluptas.

Quid dies omnis miseri querendo

Perdimus dati breue tempus æui /

Sat mala leti quoq; sorte/cælum hoc

Hausimus olim.

Profer huc eadum puer Hyle trimum

Cedat & mæror procul/ & dolores,

Tota nimirum Genio mihiq;

Fulxerit hæc lux.

Finis Primi Libri.

MICHAELIS TARCHANIOTAE

Marulli Constantinopolitani Epigramo-

maton ad Laurentium Medicen

Petri Francisci Filium Liber 7. 155A

SECUNDVS

VM TOT VASA / aurum / uestes fortu-
na ministrat:

Hęc dare Laure tibi maxima stultitia est.

Cur igitur uati dices / mea carmina mitto.

Nempe dare est aliud / & celebrare aliud.

AD NEAERAM

Ignitos quotiens tuos ocellos

In me uita moues: repente qualis

Cæra defluit impotente flammæ

Aut nix uere nouo calente soles

Totus artubus effluo: nec ulla

Pars nostri subitis uacat fauillis.

Tum qualis tenerum caput reflectens

Succumbit rosa uema / lilium ues:

Quod dono cupidæ datum puellæ

Furtiuis latuit diu papillis:

Ad terram genibus feror remissis.

Nec mens est mihi / nec color superstes.

Et iam nox oculis oberrat atra.

Donec uix gelida refectus unda /
Vt quod uulturio iecur refurgit /
Assuetis redeam ignibus cremandus.

DE PASIPHAE.

Cum male formosum sequeretur in auia taurū:

Sic Venerem contra Cnolia quæsta ferā est.

Si mihi bos fuerat dea uir te dante futurus:

Cur non insanæ Præidos ora dabas?

AD NEAERAM.

Suauiolum inuitæ rapio dum casta Negra

Imprudens uestris liqui animam in labiis.

Exanimusq; diu: cū nec p se ipsa rediret

Et mora lethalis quantū lacūq; foret:

Misi cor quæsitū animam. sed cor quoq; blandis

Captum oculis/ nunquam deinde mihi rediit.

Quod nisi suauio lo/ flammā quoq; casta Negra

Haulissem/ quæ me sustinet exanimum:

Ille dies misero mihi crede supremus amanti

Luxisset rapui cum tibi suauiolum.

DE MAXIMILIANO

CAESARE.

Rex legum/ iurisq; dator/ placidæq; quietis

Cæperat hostili pectus arma dolo:

Iamq; truces bello Morinos concusserat acri:

Et dederat famulas Tabula uictus aquas.

Cum subito fractosq; animi / ueniamq; precātes:
Non tulit ulterius mens generosa uiri.
Inq; fidem / & ueteris accepit fēdera pacis.
Nil ultra uictus quod dare posset erat.
Quærenti hostileni gentem cur pdere nollet.
Retulit: ut uictis parcere sēpe queam.

DE FORTITVDINE LACAENAE.

Mater Laëna conspiciata filium /
Relicta inermem parmula:
Progressa contra / traiecit ferro latus:
Sup necatum his increpans.
Abi hinc / morere / non digna me proles: abi
Mentite patriam & genus.

EPITHAPHIVM AVRAE.

Quenā hęc pōpa / Aure, q; circū plāctus / amorū.
Quæ tam lugubri ueste adopta / charis.
Vnde rogas / fracti struxere Cupidinis arcus.
Quis simul indigno qui iacet igne / decor.
Heu sortē miserandā hoīum, quo fastus inanis /
Delicias æui tam breuis hora tulit.

AD NEAERAM.

Quo te depereo magis magisq;
Odisti magis / & magis Neëra.
Nec te noster amor mouet / precesq;
Nec uides fieri tuo perido /

Quam necem mihi scilicet minaris.
Non non sum meus amplius Neera.
Vt iam dispeream tuus penbo.

AD ANTONIVM PRINCIPI
PEM SALER.

Tanta tua est pbitas / cor / uirtus / gratia formæ:
Vt credam Curium / Nestora / Achillea / Hylæ.
Nec tamé aut Cunus qđ tu / nec Nestor / Hylas ue
Quiq; suis uictor Hectora traxit equis. // est.
Sic modo par unus cunctis: ex omnibus unum
Non potes (ut cupias) deligere ipse parem.

AD POSTHVMMVM.

Et sapiens / & amans uis idem Posthume haberi.
Posthume uis idem dispere: & sape.

EPITATH. ROBERTI SANTOSE
VERINI PRINCIPIS SALER.

Tu ne hic Roberte es / te ne hæc regit urna sepul
An tantū fatis de te etiam licuit? // tuū?
Tecum arma / & paces: tecum splendorq; decusq;
Spesq; iacent / regni præsidiumq; tuū.
At non & tecum fama est: quæ plurima ubiq;
Viuat: & ex ipso funere maior adest.
Scilicet hæc una est laudum mensura tuarum.
Par tibi / par mentis sola repta tuis.

AD NEAERAM.

Donec liber eram Negra nec sic
Tota mollibus hæseras medullis:
Et centum simul hinc & hinc petebant/
Ipsam quæ poterant Iouem mouere:
Vixi carior omnibus medullis:
Nisi iam hoc quoque denegas: tuique
Qui nunc sic miserum necant ocellis.
Heheu tunc ubi fastus iste tibi iræ
Et uultus & oculique læuantes
Vbi cor prece nescium mouerit
Nunc captum semel artibus Negra
Cum nulla amplius est fugæ potestas/
Cogis ah decies perire in hora.
Nec quicquam miseret mei doloris:
Nam quo me referam? quis ah quis heheu
Eiectum alterius sinu expetisset.
Quis o adiuuet? unde opem rogabo?
Quis præsto mihi erit Neæra? si tu
Quæris perdere quæ beate debes.

EPITHAPH. LUCIÆ PHOEBES.

Lucebas supis mea Lucia lucida Phoebæ:
At nunc Persephone tertia regna tenes.

AD AEGLEN.

Sollicitus si quis uisus tibi displicet Aegle.
Segnior / indigni nomen amantis habet.

Hic qui non queritur ficti simulator amoris

Ille dolere famæ causa maligna tuus est.

Qui non magnâ dedit formosæ muneræ auarus.

Displicet hic donis munibusq; suis.

Non tot crede mihi Proteus mutatur in ora.

Hei mihi quæ placeam ne prius emoriar.

DE CAECYBO.

Dum uota supplex suspicit Ioui optimo iouis O

Vultuq; recto fundit ad cælum precès. M

Deos quiete nec sinit frui sua

Oculum reposcens cæcubus nepotulo:

Volantis ipse stercore e summo alitis.

Utroq; capitur, tunc suo demum malo.

Edoctus optimi Iouem atq; omnis deos:

Cælo reliquit, & sibi non amplius.

Ipsi precatur, quos prius nepotulo.

AD FRANCISCVM NINVM

SENENSEM.

Quid mirare unos non uno pectore uultus?

Nec mea tam multis pectora uicta malis.

Turpe est arbitrio rerum Franciscæ moueri:

Atq; animum dominae supposuisse rotas.

Exiliq; malis rationem perdere uitæ:

Et finire incertis certa perire bona.

Non ego uel primus patior uel talia solus.

Sæpe premit magnos ista ruina uiros.
Vtq; parum felix / certe sine crimine dicor.
Turpior est damno culpa pudenda suo.
Sic pius Aeneas / sic Teucer fugerat olim:
Et tamen in media uixit uterq; fuga.
Nec puduit nimio linguam mouisse Lyco /
Et madidam fertis implicuisse comam.
O quotiens mestos uerbis solatus amicos /
Miscuit hæc dictis ille / uel ille suis.
Dum licet & fas est uigilaces pellite curas /
O mihi non uana cognita corda fide.
Nec uos aut moueant pelagiq; ruitq; labores:
Aut tangat patni rustica cura soli.
Quicq; d' ubiq; / uinis patria est. nec gloria uobis /
Tempora / delidia p'dere cara graui.
Iam / quota pars rerum supat / piget ante laborq;
Ultima p'pessos / si leuiores preueniunt.
His quoq; finis erit. nec uos spate pennem
Tam leuis in toto quæ uolat orbe dea.
Dixit / & ingenti largus se pluit auro.
Insequitur plausu cætera turba frequens.
Dulciaq; appposito celebrant conuiuia Baccho:
Corq; deo / curas dissoluuntq; graues.
Quæuis uictus erat: quæuis miserandus & hostis:
Squallidus impexis hirta p' ora comis.

Carnifices Mariusq; manus & tenuit hostem.

Victus & est uicti uictor ab ore ducis.

Nec mendicato domita Carthagine panem

Magnanimi cecidit spiritus ille uiri.

Nos quoq; si magnis fas est componere paruat

Omnia quis placida mente tulisse uetat?

Si lachrymis redimi posset / si patria questu

Argueret / si non illa redempta foret.

Nunc ea conditio gemitu est / ea lex data nostro

Vtilis ut nulli sit / noceatq; mihi.

Sparge puer uiolas & candida lilia. cessas.

Lenta fecunda funde phalema manu.

Ite pcul curae infones / pcul ite labores.

Quantuncq; mali / si patiare: leue est.

MORTVI PRO PATRIA.

Inachii spes una soli bis dena uiator

Milia / in hoc tumulo cum patria tegimur.

Dum natosq; / patresq; / laré / patriamq; tuemur.

Impioq; ducis Tarchanii obsequimur.

Nam rex indignus patriam qui ptegat armis

Turpiter / & regnum fugerat & patriam.

DE IOVE ET AMORE.

Lasciuum iratus pater obiurgabat amorem.

Huic amor / Europen quis pater orbis habet?

AD AMOREM.

Cum tot tela die proterue spargas
Tot f. gas sine fine & hic & illic
Inferius panter uisid eis q.
Nec unq̄ manus impotens quiescat.
Quis tot spicula tot puer furenti
Lethales tibi sufficit sagittas?
Cum tot æthera questibus fatiges:
Tot spargas lachrymas & hic & illic
Inferius panter uisid eisq.
Nec unq̄ madidæ genæ serescant.
Quis suspina crebra? quis dolenti
Tam longas tibi sufficit querelas?
At tu nec mihi tela dum Neera est.
Nec curas tibi crede de futuris.

AD IA. QVARTVM IN NOM

APPIANVM

Miraris quid mesta dies quid turbidus æther
Cur tegat obscuro nubibus ora diem.
Incubuntq̄ freto subitis nox atra procellis
Et querulum toto murmur in ore sonat.
Digressu dant signa tuo. paul omen abesto.
Teq̄ dolent patria tam pœul ire tua.
Hic liquet & fratru & populo mēs que sit & urbi
Ipsa abitu cum sint mota elemēta tuo.

IN CENSORIVM

Censorius q̄ ipse nil agit profusus /
Quod optimo non iure debeat carpi
Reprendit unūquēq̄. siue quis mutus /
Seu quis tacet / seu n̄det / ore seu m̄sto est
Reprendit ille / siue quis dedit quicūq̄ /
Siue accipit quis / seu timet uel sperat uel
Seu quis sedet / seu quis deambulat / seu quis
Quodcūq̄ / qualecūq̄ / qualitercūq̄
Vbi cūq̄ agit reprendit. id homini est moris:
Si mos uocan tam euidentis furor possit.
Atqui sius esset hic nouus Cato noster:
Quem continētis optimus tenor uitæ
Sanctiq̄ pigra tollerent humo mores;
Tamen repudentem usq̄ quaq̄ quis ferret /
Nunc impudicus / belluo / uorax / mango /
Insulsus / aleo / improbus / salax / læno /
Cynēdulonū pessimum omnīū fulcrum.
Bonos malosq̄ iudicat sui oblitus.
O ante nullis cognitum nefas sædis.

EPI. IULII AQVAVIVI

Quā bene p̄ patria Iuli cadis indyte / si non
Tecum etiā infelix concideret patria.

DE PHYLLIDE

Dixerat imitem Venerem modo Phyllide rapta
Accius inuidiam: quæsteraq̄ deæ.

Huic amor imitem quæ fles temerarie dicis
Nāq; eadem phyllis quæ mea mater erat:

IN LINVM

Cum possis Line conicere scribis:
Et tibi ueniam petis subinder
Tanq̄ dunor in facieiorq;:
Et scriptor modo factus ex colono.
Scriptorem Line te nouum sciebam,
Nunc primum scio teste te colonum.

AD PETRAM

Et Petra es mea lux. & uere petra uocaris.
Et peam si quo nomine digna alio es.
Non tam q̄ parium certas euincere marmor:
Et facies celi rara uidetur opus.
At inlq; nuct corpus magis æquore saxis:
Littore quæ primo casta puella legit.
Quæ quæ caucaseas uincit tua pectora cautes:
Et quoscūq; uides saxea signa facis.
Et tamē hic etiā uelana incēdia durant.
Me miserum cinerem hoōnō facere est lapidē.

AD ACCIUM SINCERVM

Acci quid piperi negas cucillos?
Quid scombri meruere? quid siluri?
Quare non sinis hūc & hūc & illum:
Quid uis euomere improbū in faccum?

Et thuri dare oliuulisq; uestem,
Rara rara auis est bonus poeta,
Necomnes tibi possumus placere,
An nescis Bautoſq; Meuiosq;?
Omni tempore Cefios habemus.
Hæc licentia peſſimis poetis.
Iam pridē uetus hoc genus ueneni eſt;
An tu ſcilicet hos pati recuſas?
Quos Maro tulit & tulit Catullus?

DE IUBILEO ANT.

PETRVTTII

Quæ modo p̄ terras & longa p̄ æquora uecti
Quærebant laſſo ſemina uirq; pede:
Ante fores ſcelens quicūq; piacula ſumant,
Nec labor admiffi p̄ntuiſſe ſat eſt.
Hoc quoq; diuini præſtat tibi cura Petruſi:
O felix tanto Parthenopea uiro.

ALEXANDER MAGNVS

IN SACRILEGVM

Dure quid anguſto tumulatū ſubtrahis auro?
Hoc unum domino terra ſubacta dedit.

DE LAVR. MEDICE PETRI

FRANCISCI FILIO

De puero quodā Lauro certaiſſe feruntur
Mercurius/Mauors/Juno/Minerua/Venus.

Iuno / dat impium: Pallas / cor: Cypria / fontam.
Mars / animos. Maiae filius / ingenium.
Stant Phoebi arbitrio / Dictynne / Telspiadūq.
Hic uero maior lis alia exortur.
Delius hunc sibi uult / artes largitur honoras.
Plectra dex: castum casta Diana animum.
Iupiter his aderat: cōmunem censebat habendum.
Hoc uno auerte iurgia consilio.
Nequa tamen solidi puero pars deesset honesti
Ipse pater diuum ius dedit / ipse pium.

DE FORTITVDINE BYZANTIAE.

Senserat exanimam mater Byzantia natam:
Forte facit patris dum sua sacra deis.
Vniusq; dolor totam concusserat urbem:
Atq; erat in luctu uir / mulierq; nouo.
Illa imota diu / postq̄ stata sacra pegit:
Respicit aduerso pectore uulnus bians:
Impolitumq; suis iuuenem quae gesserat armis:
Et madida hostili tela manusq; dece.
Mox nec scissa comam mater / nec territa casu
Femina / fortuna celsior ipsa sua:
Nate atq; egregium patriae p̄ saecula nomen:
Quam non degeneri funere nate iaces.
Agnosco quae saepe mihi praemittere suetus:
Oraq; adhuc hosti p̄te tremenda tuo.

Nunc demū peperisse iuuat, dolor omnis abesto:
Nunq̄ ego te nato nō bene mater ero.

AD MVSAS

Castæ pieriæ cohors puellæ
Quæ pindi iuga / quæ tenetis hæmi.
Et quæ dulobus Aonum uiretis /
Permissio premitis comā madentem:
Tuq; o quæ Cnidon incolis Paphiūq;
Piscolo dea procreata ponto /
Quā circūsilunt iocusq; amorq;
Et pafis Charites comis decentes /
Cum per Idalium / Citheraq; alta /
Aut colcos / Amathunta ue / Erios ue /
Exerces faciles leuis choreas.
Vos o uos totiens deæ uocatur /
Quarū muneris est honor canendi /
Fronde cingite myrtea capillum:
Et chelim date / lesbiūmq; plectrum.
Ac me dente nigro rapacis orci
Ereptum media locate cirrha.
Vnde senbus audiarq; biberis.

AD NEAERAM

Hæc mandata tibi mitto formosa Neera
Quæ cuperem præfens aptius ipse loqui.
Sed tamen interea dū mens assuescit amanti:

Et fiunt iusta mollia corda precor.
Candida signatis peraratur littera uerbis:
Et peragit nostras conscia charta uices.
Tu modo deposita rugæ grauitate molestæ
Quicquid id ingenua perlege fronte precor,
Perlegeris faueat castis Venus aurea uotis:
Sic precibus referas uberiora tuis.
Non ego uirginem uenio temerare cubile:
Nec formosa magis, quàm mihi casta places.
Dum potuit tantum Lucretia bella uideri:
Quæ caperet formæ munere nemo fuit.
Quid Danaen fecit nisi turris aenea caram?
Nempe quæ hic magno uisa pudica Ioui est.
Nec bene eras formosam tantæ pia cura manti-
sas tibi quot dedit Penelopea procos.
O quotiens aliquis faciem culpauit illi
Hæsit in attonito pectore casta fides.
O quotiens dixit felicem coniuge Vlysseni
Cum foret in toto non bonus ore color.
Tu licet hinc oculis facias hinc uulnera uultus:
Credere mihi sola es quæ probas sola capis.
Rustica dos nimium est simplex in uirgine formæ
Digna uel æternis sit licet illa deis.
Sed tamè & castis sunt quæ censura remittit:
Vlla nec ingenuas lex uetat esse nurus.

Vtq; procax male grata animis / sic rustica lædit:
Sic procul / o pcul hinc altera & illa mihi.
Forſitan incultas decuit rigor iſte Sabinas:
Cum pauit patrias conſul & uxor oues.
Deq; paludigenis ſurgebat curia cannis:
Illice prætori dante ſedile nouo
Noſ melius ſequimur noſtri bona cõmoda ſedi:
Et facilem populũ nõ niſi læta iuuant.
Nupta tamen ſi qua eſt duro male iũcta marito:
Arbitrio uiuat coniugis illa ſui.
Illa domi lateat fuſis addicta ſeueris /
Iuſta uerecundis abſtineatq; iocis.
Quis ferat occurſu ſperati coniugis ægram?
Diſſidio facies conuenit iſta graui.
Tyndaridẽ phrygius uiolentã uident hoſpes
In patriam uidua lintheã puppe dabit.
Ah nimiũ ſimplex / ne dicã ſtulta puella
Si qua ſupcili dote placere ſtudet.
Quid / q; amor læſus pharetrãq; arcũq; reſumit:
Et queritur / queſtu quæ modo læta fuit.
Parcite tormentis iuuenũ gaudere puellæ:
Parcite: habet magnos iuſta querela deos.
Neu blandas n̄ dete preces / neu ſpernite fletus.
Neu pigeat noſtris ingemuſſe malis.
Et quotiens aliquis flendus ſuccurrit amatori:

Parcere Anaxarete dicite acerba monet,
Atq; urinam monear sicut psuadeat illa.
Nec meus ex omni parte laboret amor.
Sed furit in rerea fax intima ad ossa medullis:
Qualis in Aetnæo uix solet esse iugo.
Nunc ego Rhiphæas uellè calcare pruinas.
Nunc gelidû Tanaim pectore habere meo.
Nunc succos / ferrûq; pati: sensuq; minutus
Stare p'celloso littore truncus iners.
An grauis hic etiam fortunæ iniuria sæuit
Ne quâdo misero non sit acerba mihi.
Vix bene adhuc fuerã matris rude semè in aluo:
Cum graue seruitiû parua uicta subit.
Ipse pater Dimæ regnis eiectus auitis /
Cogitur Iliadæ quærere tecta Remi
Hic ubi pierio quãuis nutritus in antro /
Mille tuli raram damna habitura fidem.
Iamq; nigrescebant prima lanugine malæ /
Iunctaq; erat lustris altera bruma tribus.
Cum fato rapiente / uagus Scythiãq; p' altam
Auferor / & gelidî p' loca uasta geræ.
Quid referam in terea pelagiq; uicq; labores /
Et totiens strictas in mea fata manus /
Mare nosq; rogos / miserãdaq; funera fratris /
Funera nô illo tempore agêda mihi.

Omnia quætulimus constanti corde: nec inter
Tot mala / mens animis concidit ipsa suis.
At cadit / ut semel est arcu male saucia amons.
Fallimur / an facies est amor ista mihi.
Ista mihi certe est facies amor: inq; pudicis
Vulnibus / & tenero quæ stat in ore decor.
Nec colchos regit / atq; cypron: sed cõditus imis
Sensibus / in uacuo pectore regna tenet.
Ista arcus cilia, ex istis sunt spicula ocellis.
Fervida purpureæ quid nisi flâma genæ?
O decus / o nostri rarissima gloria sæcli.
Interq; turcas & uenerum asperum
Et inquietæ regna Neapolis.
Vix qualis ætheo profundo
Vnda freti natat æstuosi.
Heu quæ suetum nec patitur iugum.
Nec si carendum fit/ferat otium.
Incerta uotorum/suisq;
Exitio totiens futura.
Nam quæ remotis usque adeo iacet
Gens ulla temis/quod mare tam procul
Ignotum acerbis appulorum
Exiliis/calabrumq; cladi/
Non his beati quaeritur artibus
Quies honesti: non bona strenuæ
Virtutis: & frugi parata
Regna domi populiq; pace.
Sed hæc silenti non patiens amor.
Tu uero ceptis artibus optima

Rem auge/decusq; & nationum
Vt merita es caput usq; uiue.

AD ALEX. SCALAM

Qd̄ tam tota decens formosaq; tota uenusta:

Rara quidem/ sed non unica Scala mea es.

Atq; casta decens/ at q; formosa pudica:

Dispeream si non unica Scala mea es.

Nam cum Priendum reputo cōmercia sacra

Iam non ulterius unica/ Scala dea es.

DE PHILIPPO DVCE BV RGVNDIAE

Olim cum maries audisset morte philippū

Matrem uocantem patriā/

Nate ait & patriq; mox idē alto rēq; patereq;

Quid nomine erras tam pio?

Nec tibi me pr̄ter genitrix & cęsare saluo

Lugere cuiq; ingens nephas.

EPITH. BRACCI PERVSINI

Braccius hic situs est. queris genus actaq;. utrūq;

Ni teneas dicto nomine/ nil teneas.

AD SOMNVM

Somme pax animi quiesq; lassir

Curarum fuga somne sequentum/

Vnus qui rectas fouesq; sęclat

Idem regibus & popello inerti:

Ecquid somne pater meremur uni?

Cur nos uel fugias adire profusir

Vellſi quando uenis graues dolorem
Vſq; ſæuior aſpriorq; amanti.
An non ſcilicet eſt ſans maligne
Qđ uiui domina caremus beheu
Necdum pectus iners ferimus enſeſ
Ni tu nos quoq; ſomne temptando
Tot horrentibus eneces figuns.
Nam nunc dente feræ petita iniquo
Fruſtra poſcere opem modo uidetur
Noſtris exanimis iacere in ulnis.
Nunc aut montibus auis relectaſ
Aut ſyluis lachrymis replere cuncta.
Nunc uasti mans obrui procellis.
Aut ultro mediæ inſilire flammæ
Tandem duritiem execrans prioremſ
Aut ferro dare pectus hauriendum.
Quæ ſi ſomne diu putas ferenda
Nescis ab nimias faces amoris
Et quid certa fides queat maniti.
Nescis q̄ miseris moleſta uita eſt.
Quæ lætis quoq; læpe finienda.

DE MATHIA CORVINO
REGE VNGARIAE

Legibus impenioq; aucto belliq; domiq;
Vix reliquus laudi iam locus ullus erat.
At poſtq̄ aonidum ſtudia accedere benignaſ

Vttenius dixi nil dare cura potest.
Vttenius das ipse tamen, crescenteq; passim
Plebe noua, e ppho tecta / domosq; paras.
Sic ope sancte tua patriæ pater undiq; leges
Crescunt / regnar artes / plebs noua / tecta noua.

EPITH. MARIAE MARTELLAE

BRACCI FILIAE

Hoc Maria in tumulo Bracci iacet, & putat heheu
Esse aliquis curæ sacra hominesq; deis?
Nā quo tātus honos formæ? & mēs uirgine maior?
Si præmaturis tot bona danda togis.
Quid q; præcipiti delapsu extincta puella
Inuidiam fatis hac quoq; parte facit.
Ipsa tamen felix quonies comprehendere nō est
Tam cito de uitæ rapta puella malis.
Quæ partam in patriam uita meritisq; receptar
Læta deum fruitur cōmodiore solo.
At nobis non longa dies, nō cōmoda tota
Aeternam hanc dement pectore amariciem.

DE PERFIDIA PVELLARI

Syluæ morelli non nisi beluis
Mihiq; sed iam plus quoq; cognitæ
Mihiq; lamentisq; nostris
Quæ patriis catulis ferarum.
Et tu dolentis non semel auctor
Fletu Remagis ex quo placitum deis

Cnidiq; reginæ potenti
Mergere nos stygio baratro.
Vos sol & auræ & cōcra proh dolor
Ardens olim sydera mutui
Adeste supremum ultimisq;
Si merui date uim querelis.
Nā quo æstuantis deinde nouissima
Sciuntur onis uerba? semel mori
Si iam necesse est. quin suprema
Cor tumidum satiamus ira.
Non sic capaci uis fuit ignea
Fomace dulci aut fulmineus uapor
Austroq; nimbo loq; cauro
Aethenas glomerante nubes.
Hæc hæc fides est hoc meruit meus
Ardor. quid ultra spe miseri improba
Torquemur? incassumq; amantes
Quod cupimus meruisse auemus?
An quisq; inanem uanius æra
Captet dolosis retibus? aut iubar
Solare confertis fenestris:
Quā meritis animos puellæ?
Crudele sæclum, quas neq; amor mouet
Precesq; & ipsas de lachrymis uirum
Ceum rore uocales cicadæ
Exhilarant male fida corda.

Ergo dum inanis pectore spiritus
Curæq; qualiscunq; sonus lyrae
Chorūq; & ultrices sorores
Perfidiae memores precabor.

Quisq; quid amens heu precor/aut cui
Digna est fatemur quæ pereat male,
Sed ipse non iccirco dignus
Qui precor hæc modo tantum amatæ.

Quin uiuat: & nos nunc quoq; sentiat
Ingrata amicos. & facinus suum
Virtute de nostra fideq;
Colligat/ & fateatur ultro.

At ipse longæ perfidiae memor:
Tandem solutus compede dispari:
Votumq; persoluam potenti
Iustitiae/ Nemesisq; sanctæ.

EPI. INNOCENTII OCTAUI

Spurciciēs/gula/auantia/atq; ignauia deses
Hoc Octauē iacent quo tegeis tumulo.

AD CAROLVM REGEM

FRANCORVM

Si tibi Rex longinqua dies actēpus amicos
Præstat: & hic unus sensibus heret amor:
Quis negat extremis numerādū/Israēq; receptos/
Cuius adhuc notum uix bene nomen habes.
At si certus amor/moresq; in amante probantur:

Et placet in duris nobilitata fides.

Crede mihi quæuis addas Rex optime primis:
Ille nouus / primis non inonestus ero.

AD PAVLVM

Quæ tam sæpe graui torqueris Paule dolore:
Et secat indignos sæua podagra pedes.

Non ultix pœna hæc mentis / sed scilicet unus
Neue hominum felix / neu sine labe fores.

Tu tamen insanos animo supante dolores
Hoc magis inuictum tollis in astra caput.

AD PVELLAM ETHRVSCAM

Puella ethrusca / quæ meum

Pectus tot annos perdit

Torsisti amore mutuo:

Nûc nacta inanes discidi

Causas / nouis amonibus

Seruire inepta sustines.

Sacriq; uatis in locum

Assisti amanti nobiles

Vsura quos pascit grauis

Et instituta patria.

Qualis decebat scilicet

Quæ dii deq; rã improbi

Scelens ut equû è puniût.

Vale puella perfida:

Olim Marulli ocellule:

Indigna nostris ignibus:
Indigna tam certa fide,
Me post Negram feminar
Vel nulla quod magis uelim:
Vel certe habebit firmior,
Tu spreta tunc demum scies
Quantum profani & sordidi
Distent marulli a monibus.

EPI. PAVLI TAR. AVVNCVLI

Q& procul inachiis te generis canissime ab oris
Desine de fato Tarchanota queri.
Vna eadem terra est quam cernis ubiq; locorum/
Nec magis Elysiū hinc aut minus inde uiæ.
Nāq; nobis mandata satisq; superq; dedisti
Tot rerum inuictus pondere & exilii.

AD CAMILLAM

Odi te mihi crede quantacūq; es/
Odi confiteor Camilla, sed quam
Et odi & magis in dies magisq;
Velim odisse, sequi atq; amare cogor.
Sic me amor retrahit tuus trahitq;
Sic quem sæuitia fugas proterua
Tam raræ reuocas decore formæ.

EPI. IO. PICI

Occidis ætatis media q̄ Pice iuuenta
Vltima Socraticæ flenda ruina domus.

Nec uel nobilitas uel opes uel gratia formæ
Profuit/aut animi tot bona rara tui.
Non hoc crede mihi naturæ iniuria matris
Larga uel impnis quæ fuit una tibi:
Sed uitæ documenta hominû/ & quæ fluxa sit ollis
Forma/genus/ doctes ingenii/imperia.

AD CAROLVM REGEM FRANCIAE

Inuicte magni Rex Caroli genus
Quem tot uirorum/tot superum piq
Sortes iacentis uindicemq;
Iustitiæ/fideiq; poscunt.

Quem mesta tellus Ausonis hinc uocati
Illinc solutis græcia crinibus/
Et quicquid immanis profanat
Turca Asiæ/synæq; pinguis.

Olim uirorum patria & aruum/
Sedesq; uera ac relligio deum.
Nunc christianæ seruitutis
Dedecus/obprobriumq; turpe.

Quid cælum ultro fata uocantia
Morare segnis/non ideo tibi
Victoriarum tot repente
Di facilem tribuere palmam.

Primisq; in annis & puero & patris
Fauore casto/tot populos feros
Adusq; pugnaces britannos

Alpibus Allobrogum ab niuosis
Iussere uictos tendere brachia.
Si te decori gloria splendidi
Nil tangit immensumq; in æuam
Nomina per populos itura:
Ac supplicantium tot miseræ exulum
Sordesq; tangant & lachrymæ piæ.
Ac christianorum relicta
Ossa tot heu canibus lupisq;
Fedisq; tangat relligio modis
Spurcata christi, illo spite galliæ
Rectore te nobis potennis,
Cuius auum proauumq; clara
Virtus furentem barbariem unice
Et sarracenos contudit impetis.
Cum sæua tempestas repente
Missa quasi uuluietq; campis:
Non occupatæ finibus africæ
Contenti hiberni non opibus solit
Sperare iam gallos, & ipsum
Ausu animis Rodanum superbis.
Sed nec bonorum tunc superum fauor
Desideratus: nec tibi tam pia
In bella eunti defuturus
Carle moras modo mitte inertis,
Occasionem & quam tribuunt cape.

Aequē nocētis dīssimiles licet
Gnarus/patrantem/quiq; possit
Cum scelus haud prohibet patran.

EPITH. BEATRICIS ESTENSIS

Soluerat Endanus tumidarū flumina aquarum.
Soluerat/ & pōpulis nō leuis horror erat.
Quippe grauis Pythæ metuētēs tēpora cladis:
Credebant simili crescere flumen aqua.
Ille dolor fuerat læuus/lāchrymæq; futuri:
Funeris: & iustis dona paranda nouis.
Scilicet & fluuios tangunt tua acerba beatrix
Funera/ nedum homines mēstaq; corda uiri.

AD IANVM MEDICEN PĒ

TRI FRANCISCI FILIVM

Amorem ocellis insidentem fulgidis
Vidi beatæ Ruueræ,
Chantelq; circum/ & Dionen Auream
Spreis Cytheris dulcibus.
Hic me uolentem aut arma principis mei
Deuota fari patriæ
Tua! ue laudes lane & antiquum decus:
Quo rapens imprudens ait/
Tun tot uirorum tot poeta uirginum
Meusq; longum signifer.
Vnam relinques Ruueram indictam meam/
O immemor nostræ factis:

An post Neeræ funera & tristes rogos:

Tu quoq; iam amorem negligis?
Habit fatemur illa & ardentes taces?

Et nostra secum spicula.

Multosq; saepe matrem multos impotens

Me quoq; uetante torserat.

Verum ipsa celo dignior tandem suo

Templis deorum interiret.

Nos tot beatis utpote excussi bonis

Quæ nulla reddent tempora:

Mesti tenebris egimus uitam diu.

Acturi in omne sæculum:

Ni peti ocelli Ruueræ & flauus decor

Collo iacentum crinium

Vultusq; quales mater aut matris soror

Pallas uelit Tonia:

Sceptra honorem reddidissent imparem

Fateor: pigendum non tamen.

Nam quid decori pectoris papillulas?

Latulq; dignum celite?

Quid alia dicam Bistonum æmula arcubus?

Cum prima temptant prælia.

Iam colla eburnea: iam indicos elenchulos

Oris: ferasq; turbidas

Mulcere nata uerba & amnis sistere

Alris citatos cursibus:

Iunone dignas iam manus / iam cætera
Egregia paucis exequi
Formam cythere matris & laudes meæ
Est uelle paucis exequi.
Sed hæc caduci cuncta flos æui breuis.
Aequè rosetis gemmeis /
Quæ manent ipis silens apici noua
Surgente marcent uespere.
Ni tu rogatus dulcibus uates meus
Tuis camænis subuenis.
Quæ mortis atræ legibus / quæ temporis
Potentiores inuidi
Viuos / sepultos / quos uolunt raptos humo
Per ora mittunt gentium.
Qd si petenti nec ego / nec mater tibi
Vnq̄ cythere defuit.
Si Septimillam / si dedi gliceren piam
Quâuis petitam tot prociis.
Si ipsam Negram Specimen humanæ unicum
Naturæ / & exactum decus.
Nearam honestum nomen æternum mihi.
Vires Nearam Cypridos.
Cuius quotannis mæsta nunc tumulo quoq̄
Charis capillum demittit.
Per sacra Phœbi quæ sacerdos fers tui
Nouemq̄ musas numina:

Per siquid est quod tela adhuc possunt meae
Sat tibi superq; cognita/
Oro malignis eripe hanc tenebris quoq;
Oblivionis lundæ:
Famæ leuatam curibus uiuacibus.
Musa nouante sæcula.
Hæc ille, sed mihi reddite Antoni mei
Vrgentiores litteræ
Alpes citatis passibus transcendere
Ad galliæ motum iubent.
Quare monenti lane tu pare deo.
Ego sequar arma principis.

F I N I S
E P I G R A M M A T V M

AD ANTONELLVM SANCTO
SEVERINVM PRINCIPEM
SALERNITANVM

Si tuus est uates, si cuncta uolumina uatis,
Quæns præcipue cur tuus iste liber.
Sol quoq; cuncta regis, solis tamen unica sedes,
Hæc eadem regum est quæ superû est ratio.

MICHAELIS TARCHANIOTAE

MARVLLI CONSTANTINO

POLITANI HYMNORVM

NATVRALIVM LIBER

PRIMVS.

IOVI OPTIMO MAXIMO

B IOVE PRINCIPIVM / IOVIS

est quodcunq; mouemus.

PRIMA MIHI GRAVIORÉ SO
no dicenda potestas

Est Iouis: hinc magni diuum tot numina mūdi /
Hinc rerum natura parens / hinc lucidus æther /
Quæq; sub mœnibus anantur plurima cœlo.
Sed neq; Priendum præsentia uanibus antra /
Nec tu care satis nostris Pimplæe camænis /
Pamassusq; biceps / facundaq; flumina largæ
Phocidos. ipse animū uati / mentem ipse ministra
Sancte pater / siue ætheris delapsus olympo
Enthea diuino præcordia concutis esto
Ignorataq; uias aperis / neq; ipse reducis:

h i

Siue iubes cinctum solis caput igne tuentem /
Ingenio / mentisq; oculis ad inane leuatis /
Eminus informi quaesitum ostendere in umbras /
Effigiemq; tuam primos & ducere uultus.
Nam quanuis solusq; replet / solusq; gubernas
Omnia / & occasus aequè moderans / & ortus:
Quauis quicquid adest / quodcūq; ubi cūq; uidemus /
Ipse idem es: penitusq; nihil / nisi Iuppiter usq;
Quis tamè infirmi cōprehendat pectus haustus /
Quem mare / què tellus / uacui què nubila celi /
Nō capiūt / sanctiq; patens plaga lucida regni.
Effugit humanos diuina potentia fines:
Mortalesq; hebetat captus / & pectora pigra:
Ex quo cœlicolæ natali sede relictæ /
Inualidos artus terrenaq; membra subimus /
Corpoream iussi molem compage uentæ /
Nam simulac tenebris / & inertæ carcere clausi
Mortiferum stygiæ sonum posauimus undæ:
Excidit offectio solidum de pectore uerum:
Pro rebusq; leues nequicq; amplectimur umbras /
Antiquæ patriæ ac ueræ rationis inanes.
Hinc rapit ambitio / rapit hinc funosa libido /
Inde metus bella aspra mouet / & gaudia / & uat /
Raraq; in humanis non mendax gloria rebus.
Ipsi inter facies / simulachraq; mille ferarum

Impia circum depasti pocula mentis
Obsecris stabulamur haris: nec tecta paterna
Respicimus / dulcemque thasso de culmine fumus:
Iam pridem in fedas dociles transire figuras.
Sed te moly tamen nobis tribuente beatum
Secum dominæ / atque dapis: qua numina monstrat
Niximur imensum ueneran carmine puro /
Et rerum auctorem / dominumque agnoscimus Aethrae.
Quem non principium / nonnulla extrema tangat /
Exptem ortus / atque obitus, qui cuncta gubernas
Necius impio: totusque in te ipse uelceque
Despicis æternus / & tempora sufficit æuo.
Vnigenam sancto pleni complexus amore:
Æterno æternam / & perfectam labe carente:
Cui rerum late custodia tradita cessit /
Et regni tutela tui: consorsque potestas
Tempus acceptas sine fine / & tempore habenas:
Qui uanos rebus tribuis nascentibus ortus:
Qui sua naturæ præsentis iura potenti:
Qui terras / cælum / æra / aquas uentisque regisque
Contentusque tua uanas quæcumque quiete /
Mille per augustum sparges miracula mundum.
Nam cum tota graui torpet machina aceruo /
Noxque chaos densis circumdaret atra tenebris /
Perque supiectas uolitare spiritus undas

Mole recens orta / & uacuum sola inane teneret
Primus opes bonus ipse bonas partibus in orbem
Squallentemq; nouo massam fulgore serenas.
Et tenebras luce / & tenebris lucem eximis atris:
Appellasq; diem / & nocti sua nomina ponis.
Primus aquis secernis aquas / celumq; profundum
Engis / æquorea q; iubes discludere moles.
Tum mare sub sternis tumidum: tum lege uerenda
Imponis finesq; suos / & littora nereos.
Arida q; ostentas medus sola prodiga in undis.
Apparent subitæ dictu mirabile terre.
Diuitiisq; suis capitur iustissima tellus.
Atq; animu facies mouet & uarianta rerum.
Namq; uidebat uti modo celum tangeret ipsum
Rupibus aeruissima modo ualle dehiscens
Infernu chaos & nigrantes proderet umbras
Nunc sola pacato diffunderet amula ponto
Temperies uenitq; opibus fecunda benigni.
Seq; repentinis fluuionum spectat in undis.
Tum noua suspendis rutilanti sydera mundo:
Anguesq; uolucresq; & pleadas Atlanteas.
Vtq; pruinosis lunares noctibus axes
Portantem auroræ præponis lumina solem.
Solem syderæ moderantem frena choreæ.
Obliquumq; iubes curuis agitare per orbem.

Tum liquidum mutis fecundas piscibus æquor:
Aeriumq; leues spargis pinane uolucres.
Tum latas replere iubes animalia syluas.
Deq; solo genus humanum pducis inerti /
Et mentem inspiras melioris origine formæ.
Cui q; q; mare / q; quid habet sola subiicis ipsa:
Ex utroq; olim terrenæ pondera molis
Rursus in antiquam patriam das posse reuerti.
Vnde hominum curas tot despectemus inanes /
Incertasq; uices rerum / metuendaq; fata /
Et quanta mortale genus nox occupet umbra.
Salue sancte parens / uere pater optime rerum:
Vere opifex. terræq; mala compage grauatos /
Dum data uindicta nefas dirumpe carceris atrii /
Eripe tot pelagi iactatos tristibus undis /
Tot cæcis pressos tenebris pater. exue uota
Impia. nil uanum / nil admiremur inane
Antiquæ memores patriæ. & quæ corporis ægni
Non licet / ingenii quæramus lumine puro.

PALLADI.

t E Te suprema maximi ples Iouis
Innupta Pallas inuoco.
Hastæ potentem nobilis uiraginem:
Quam phorcis aspat ferox:

Cum multilingue sibilis quassans caput
Procul profanos submouet.
O sola rerum / o lucidi domina ætheris /
O cœlitum sanctum decus /
Huc huc duelli pacis huc ades potens
Seu te tyrânicum solum / &
Vicina templa rupibus telonicis /
Seu fertilis Nilus tener /
Siue alta / Itoni saxa / siue argenteis
Vorticibus Inachus pater /
Siue in remotis optimi regnis patris
Dignata mortales parum
Acuum beata ducis. & nutu omnia
Hæres paterna tempas.
Quo non metus / non iniquies penetrat dolor /
Dubiusue senium gressibus.
Aut sydus anni noxium / aut auster grauis
Morbis domesticis sinum.
Sed cuncta uere germinant semp nouo /
Viciis malignæ nescia.
Et nunc fluentis irrigantur lacteis /
Nunc melle passim hymetio.
At ipsa curru flammeo septemiugo
Ter auream quassans comam
Longum citatas huc & huc agis rotas /

Aufis tremenda masculis.
Subsidit aether ipse / contremuit fretum /
Emota respondent sola.
At quæ trecentæ uirginis strigant latus
Olea reuinctæ candida /
Pars hæret uno fixa in obtutu dexæ /
Tam forti ab ore pendula.
Aliæ aut recenti lilio / aut spargunt rosas /
Quod quæq; potis est conferens.
Has pater Homerus inter / atq; Orpheus pater
Vterq; plectro adamantino /
Partum Charidus subsecuti nobilem
Laudes herules concinunt.
Vt sola patris uertice ex ipso edita
Hominumq; origo / & cœlitum /
Prima & nefandos aggeres disiecetis
Audax paternis ignibus.
Ipsumq; fratrum maxime enceladum trucem
Non ante equestris cognita /
Stagnis p̄fundi tartari demiseris /
Mirante monstrum patruo.
Prima inquietis gentibus certas domos /
Stabilemq; dedens patriam.
Prima arce / prima mœnibus ditaueris.
Prima optimis tot artibus.

Tu sancta prima iura / tu legem inuenis
 Commenta uim dignam malis.
Tu prima mentes compari nectis iugo.
 Tu p̄pria tribuis pignora.
Tu cœlia raptos tollis ad templa Aetheris.
 Tu patriam antiquam doces:
Cœlūq; patrem maximum rerum omnium
 Cuns caducis subiicis.
Salue beati lucidum germen patris/
 Vere Phaneta splendide.
Eadem uirago / mas eadem / eadem furor /
 Sapientiaq; eadem / & quies.
Animisq; nostris ades / & atra nubila
 Discute tua imensa face.

AMORI.

a Linc cœlestum genitor / potensq;
 Aethens lati uolucer Cupido.
Splendidum sydus / geminaq; duplex
 Gloria matris.
Quem modo insanis agitata uentis
 Stagna delectant: mediisq; in undis
 Improbis phorci nimia puellas
 Lampade aduris.
Nunc ab extremo pagrans Eoo

Vltimas gades / lybiamq; & arcton /
Dulcibus nixis / & amico amaro
Pectora uerfas.

Sæpe magnorum medius deorum
Aethera / imensumq; tenes olympum.
Hic ubi missa supos sagitta
Flectis / & ipsum

Arbitrum rerum dominumq; patrem.
Cuius auditum pcul omnis horret
Cælitum pubes / pcul omnis horret
Machina nomen.

Quid quod & nouas Chaos in figuras
Diggeris primus / docilemq; rerum
Mutuis nectis seriem cæteris
Pace rebellis /

Quid q; antiqua supata Anance
Sulci pis mundum placidus regendum /
Quid q; & leges / & habenda iura
Figis inermis /

Quod peginas animas caducæ
Deuocas massæ / populumq; inermem
Edoces tems hominum salubres
Iungere cætus /

Quod pias magnum pinane mentes
Auræq; sistis gremio parentis /

Gratiarum inter comites choreas
Seruacq; fata.

O quies magnæ reparatioq;
Grata naturæ / columenq; rerum:
O adoratum mihi rite p̄nitis
Numen ab annis.

Huc ades tandem puer o beate
Dexter / & cæcos miseratus ægri
Pectoris motus / agedum p̄phanis
Exime curis.

COELITIBVS.

a Vdi beatum sancta cœlitum cohors
Quæ templa olympi possides
Stabileq; in æuum lucidas ambis Iouis
Rota domos nouemplici.

Rutilis uerenda uulnibus / rutilis genis
Comaq; rutila / & uestibus.

Tereti diurnæ lampados qualis face
Nubes coruscat obuia.

Aut cum cubile frigidum linq̄uens / diem
Aurora subnoium rubet.

Quonens reductis excitat laboribus
Mortalium agra pectora.

Quæ dulcis olim prefferat s̄ono quies

Curis soluta edacibus,
Audi beata imago pallados bonæ /
Templum beatum pallados.
Cuius secuta qua licet uestigia /
Sequentibus ducem exhibes.
Nostrisq; uinctis libera / atq; onere graui /
Quo premimur infirmum genus /
Supra malignæ seruitutis terminos
Cæli pererras ardua.
Vtrumq; constans firmitate mascula /
Cedente nunquam pectore.
Et nunc labores / & caduca protinus
Sceptra miserata gentum
Modo labantis sustines atlantico
Grauia ruinæ pondera:
Nunc nulle inertes excitas mysteriis
Ignara luons mali /
Cæcoq; mentes inuolutas carcere
Nota prophani summoues.
Iam tum procellis debitam furentibus
Benigna subleuans ratem.
Mediisq; nimbis / & freti fragoribus /
Arcton serenas candidam.
Verum huc beata cælitum / huc ades uirum
Sanctissima exiatio.

Tuaq; fotos optima tandem face
In mystica cohopta tua.

AETERNITATI.

i Ipsa mihi uocē atq; adamantina suffice plectra
Dum caneris: ppiorq; ausis in gentibus adsis
Immensi regina æui: quæ lucida templa
Aetheris / augustosq; tenes augustꝝ recessus:
Pace tua late pollens / teq; ipsa beata.
Quam pariter flauos crines intonsa iuuenta
Ambit / & indomitum nitens uirtus pede aeneo.
Altera diuinis e pulis assistere mentæ /
Purpureaq; manu iuuenile infundere nectar
Hæc largas defendere opes / & pectore firmo
Tutari melior fixos in sæcula fines:
Hostilesq; minas regno ppellere henli.
Pone tamen / quanuis longo pone interuallo
Omniferens natura subit / euruq; uerendus
Falce senex / spaciisq; breues æqualibus horæ
Atq; idem totiens annus remeantq; meantq;
Lubrica seruato relegens uestigia gressu.
Ipsa autem diuum circumstipante caterua /
Regales illusa sinus auro / atq; argento
Celsa sedes: solioq; alte subnixa penni
Das leges / & iura oplo: cęlestiaq; agris

Diuidis / & certa firmas æterna quiete:
Erūnis priuata malis / priuata penclis.
Tum senium totis excludis puida regnis:
Perpetuoq; adamante ligas fugientia sæcla.
Amfractus æui uarios / uenturaq; lapsis
Intermixta / legens præfenti inclusa fideli.
Diuerfosq; dies obrutu colligis uno.
Ipsa eadē pars / totum eadē. sine fine / sine ortu
Tota ortus / huiusq; æque. discrimine nullo
Tota teres: nullaq; tui nō consona parte,
Salue magna parens late radiantis olympi
Magna deum: precibusq; piis nō dura rogari
Aspice nos hoc tātū / & si haud idigna precamur:
Cælestiq; olim sancta de stirpe creati
Adlis o propior / cognatoq; aduice cælo.

BACCHO

a Gedū canite patrē thespia des mihi bromiū.
Sobolē igneā Iouis quē pepit bona semele
Puerum coma præignem / & radiantibus oculis.
Aeuoe sonant futenti mihi pectora rabie:
Nimioq; deo plenus cōcuritur grauis animus.
Atue date cymbalū huc / huc date cornua q̄rula.
Cingat uirentem mihi tenia uipea comam:
Comā diffusam animis çolus hederigeram.

Quæ hîc mille secutæ/ atq; illi; trepidâte pede sa
Ululê; citatis edonides ulq; impudus // cro
Valido sub thyrsô iacentes ui capita ferat
Aeuoe seffore pâdi; geminâte quadrupedis.
At ipse uagus/ anhelans/ animo duce nimio/
Totus noua plenus mente p aua nemora
Orgya præcedâ acutis celebrans ululatibus.
Orgya uerendis arcana recôdita calathis.
Penitus quæ sanctis frustra captes sine inuitis/
Nouies p pessus sacra castalidos uada uitreæ.
Iam iam citatis terræ reboant sola pedibus.
Oculisq; negat mēdiu; nubes puluerea diem
Gregibus cinctus euantum deproperatibus.
Fugiunt deserta turbare per nemora fere
Regio uolucres nec sustinet æthera suas.
Aeuoe impotēi thyrsô grauis alme dionysê
Marte/ bicornis/ rex/ omnipotēs/ femorigenâ
Mistice/ thioneu/ uictor/ soliuage/ eues/ satyre/
Genitor deorum/ idem/ atq; idē germen amabile/
Nyteli/ multiformis/ bimeriei/ nomi/ ei
Gemine/ hospitalis/ liber/ pater/ optime/ maxime.
Domitui quē gâgeli/ quē gêmea marmora pelagi
Sensere p nmi/ cui cessit terigena cohors
Rhoethusq; mimasq; qui pēthea q; male nimis
Adigis Lycurgum tandē sua pendere scelera/

Aufosq; deum in tenero nautas fallere puero.
Nam quid corymbis surgētia stamina subitis
Dominaſq; dicam nequicq; deniq; trepidas
Sceleri quærentes per noctis opaca latibula?
Quid fera licet nō neglecta piacula acrisi?
Tu ſancte flectis amnes / truculentaq; manas
Rupisq; rotas decurrentia chia lapidibus.
Tu mella p̄rimus noua colligis iluce ſtenli.
Tibi uomer uncus debet / tibi ſpicifera ceres /
Tibi iura / tibi urbes / tibi mēs bona neſcia ſcleris /
Tibi impotentis male perpetens animus heri.
Tu robur conſilio addis / tu numina ſupero
Reperis olympo p̄rimus / tibi ſancta mimalonū
Cohors inſōni luſtrant gelidā pede rhodopē /
Nimio diuulſos raptantes impete uitulos.
Tibi mille uatum præcordia tornlega fremunt.
Tibi ager uiret almus / tu florea prata tepēibus
Zephyris coloras / tu diſſona ſemina ligas.
Tu ſcēda mundo ſemp fugienna reparas
Longa iuuenta. tu libras pondera machinæ
Medioq; terram ſuspendis in aere ſtabilem.
Per te remota cęli p̄cul ardua colimus.
Nimio diſſuſi præcordia nectare graua.
Tu idas deorum ſācis accumbere dapibus.
Salue benigne lychnaa deum & pater hominū.

Animoq; dexteritua mystica rite colentibus
Adlis / tuis nō sine amonibus / & themide bona.
Themidenympharū stipata conicidū choris.

Finis Primi Libri

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Con
stantinopolitani Hymnorum
Naturalium Liber
SECUNDVS

P A N I

IVAE Supremi Progenies Iouis
Tuq; o choreæ Pieri dux sacræ
Sortita frondosum cacumen
Calliope nemorosi olympi

Adlis canon pectinis arbitra :

Siue hoc sub antro, siue sub ilice hac

Motura concentus loquaces :

Dum mediæ tacet aura sole.

Quos fera tygnis, quos leo parthicus

Mixta mannis / innocui gregis

Menturq; offensę pñoris

Immemores / solitæq; prædæ.

Ruptoq; præceps Amus ab aggerè
Sistat citatum cursibus impetum
Longis. & ad uocem resulcent
Carminis aeris cupressus.

Seu tu gigantas fulmine præpeti
Cælo repulso dicere: seu uelis
Cantare latonæ potentem
Progeniem celens sagittæ:
Seu bellicosæ Pallados ægida /
Victas & urbes: seu potius iugis
Gaudentem in throno lyçei
Pana uagi pecoris magistrum.

Qui per niuosi dentia uerticis /
Qua nulla presso stat pede semita /
Rupesq; in accessas capellis
Virgineas agitat choreas.

Nouisq; semper concitus ignibus
Blandum nouena cantat arundine
Auditus a primis Eosi
Sedibus hesperio colono.

Quod nec uirenti tecta sub arbore
Aequet uolucris garrula: nec citas
Cantando consuetæ morari
Voce rates triplici puellæ.

At cum renidens hesperus los sacrum

De matris unda Tethyos extulit:
Spargitq; lethęos per orbem
Nox tenebris adoperta sōnos:
Tum uero quantus cęlicolis patet
Modo huc citans cumbus / huc modo:
Quęcunq; sub cęlo / salubri
Mente pater peragrat / fouetq;
Quem pone longo salicet ordine
Ingens deorum subsequitur chorus
Censū sub undenis magistris
Aede bonam temorante uestam,
Donec sereni uenticibus sacris
Accepti olympi / corpora de uia
Lassata / succussuq; longo
Ambrosię dapibus refirmant,
Illic uicissim nunc epulis diem
Terunt / soluti moribus asperis
Curarum / & insōnis querelę:
Nunc pateras iterant capaces
Largoq; blandi nectare carminis
Donante uires / te recinunt patrem
Terraq; / uentoliq; Nerei
Pan bone / te genialis æthrę
At ipse inertis nunc pigra machinę
Fulcisq; / alisq; & fędere inuuo

Triplex / & hinc triplex / per artus
Fulus / habes agitalq; molem.
Nunc consonanti dissona sœmina
Quiete firmas. nunc nitida infirmis
Diuerſa / non una catena
Consolidas / & aquarum & auræ.
Nunc plena Baccho pectora fertilis
Chaos tenebris muliuolum explicas.
Nunc cœca tot mundi malignis
Membra modis operosus omas.
Cunctisq; largus / nec tamen ullius /
Fixis coeres omnia legibus.
Nec sine finis / nec priore
Sœminio pater omnium idem.
Salue deorum maxime Pan pater:
Pan nte / & idem nite dispiter.
Molisq; secuns caduce
Da pater ingenium salubre.

CAELO.

a Vdi felix patria superum
Omnia ferens / omnia continens
Munde pater / sedes alta Iouis.
Qui par nulli / similis uni
In te totus / tuus es totus.

Qui sine carens / terminus omnium /
 Longo terras circuis ambitu.
 Opibusq; late pollens tuis /
 Sortis degis nescius ægræ.
 Qui naturæ sancta potentis
 Ipsos uocas sub iuga cælitis.
 Qui totus teres undiq; / & integer
 Sua cunctis semina diuidis.
 Tu prona pater sæcula parturis
 Indefessam rerens orbitam.
 Tu perpetua cuncta catena
 Prima solers nectis ab æthra /
 Pater incertum rex ne melior,
 O sanctissime deorum pater
 Pater naturæ / adsis precor / &
 Vt cunq; mihi rite uocatus
 Tua dexter nos ope sospira.

STELLIS.

O Sæpe rerum perpetuas uices
 Mirata mecum: dic agedum Dea
 Stellas / & influxu tenaci
 Cuncta iubar uarie pollens.
 Nam siue mundi prima orientis / &
 Ruptis creatos illicibus uitos

Cum primum in ignotas recessit: *1*
 Gleba recens animata formasi: *2*
 Seu longa deinceps sæcla revoluitur: *3*
 Hinc omne principiū omnibus / hinc modus: *4*
 Quæcunq; vitali sub aura *5*
 Sol uidet exonens / cadensue: *6*
 Hinc tot beatis terra nitet bonis: *7*
 Hinc inquietis sæmina fluctibus: *8*
 Hinc ros / & imbres. hinc fororum *9*
 Stamina perpetenda cunctis: *10*
 Nam cur inertiumina genia *11*
 Et nocte frustra obtundimus / & die *12*
 Iouemq; ridentem precesq; *13*
 Totq; superuacuis querelas: *14*
 Colendus ille est. sed trahit omnia *15*
 Vis sæua fati / turbinis in modum / aut *16*
 De monte torrentis niuali *17*
 Præcipientis rapiens ornos. *18*
 Ipsoq; patrum sæmine / protinus *19*
 Haurimus æui læta / dolenda. nec *20*
 Discedit a prima supremus *21*
 Lege dies / uariat ue discors: *22*
 Atq; hic paterno gaudet hūmūm boue *23*
 Vertisse / & ulmis necere pampinos. *24*
 Hic arma sectatur / tubasq; *25*

Hic Cypræ melior carinæ,
 Alter benignis sydenbus potens
 Repente Clarum tollit humo caput,
 Darurus exemplum ruina
 Forsitan immoderatæ habenæ.
 Ille (ominosa sic rapiente ué
 Astrorum) honestos dedecorat patres.
 Et parta maiorum labore
 Dilacerat malefaustus hæres.
 At ipsa cęlo lucida sydera
 Affixa / cursus deproperant suos:
 Secura priuati laboris /
 Dum ster opus solida catena
 Naturæ / & æterni impenum louis
 Fixum per omnes lege dies data.
 Gaudentq; nil profus relinqui
 Altrenus moderandum habenis.
 Gaudete noctis progenies sacra
 Stellæ beatæ nos procul a domo
 Quæ fata nascenti dedistis
 Interea miseri feremus.

SATVRNO. u. g. omniq; uel ipsi

¶ Atumi celebres dies
 Adsunt: & resonant cuncta mero simul.

Simul læta licentia / quælibet uultu uisus mæta
Ætatis memon scilicet aureæ. / non præterit
Nos sicca tamen / ac uelut /
Nunc demum patriæ menia fax uoret /
Cessamus inæq̃ tempora /
Et pronos miseri respicimus dies. /
Profer hyle puer cadum /
Da uati cytharam. pecten tibi aureus
Lauri mænosynum mei /
Et blandum resonans par lyra pectini /
Nil insigni nisi iuuat /
Indictumq̃. iuuat dicere sæcula
Fortunata dei / ac sua
Crescentem cererem sponte / nec annuæ
Curæ debita semina /
Et lactis niuei flumina / flumina
Larga nectans attici. /
Cum pax atq̃ fides casta per oppida
Visabant hominum domos: /
Nec possessa diu imperia / hospiti
Pigebat dare strenuo. /
Nam quid maius habent opicollæ / patre
Saturno Iouis optimi /
Eodem magnanimo patre Iouis / Rheæ
Eodem coniuge maximo.

Quam de tauro bellipotens sinu
 Pater protogonus dedit
 Terrarumq; patentem / & liquidi aetheris.
 Quis aequè est alius potens
 Idem cuncta dare / atq; idem aere omnia
 Idem cum libet / omnia
 Parcarum memori lege resolueret
 Quis fecundior ingenti
 Largitor / solida quis retinentia?
 Quis & pauperum panis
 Erniti melior cum duce par ducit
 Hic seu casta magis iuuant
 Felix casta sequi seu taciturnitas
 Et tenax animos furis
 Obseruare bonus tuta silentia.
 Hic suspendere fertili
 Solers uomere agros. hic sua semina
 Doctus fertilibus dare
 Temis: & ueteres chaoniâ dapes
 Blandis uertere frugibus.
 Quin quamuis senio debilis / & situ
 Annorum quilibet annus
 Et fundate domos strenuus / & semel
 Collectam tribem impigre
 Exercere modis omnibus efficax.

Saturne optime maxime /
Saturne omnipotens progenitor deum /
Absint hinc procul o procul
Et lugubre odium sancte precor tuum /
Et vis sæua. alios minæ
Importunæ / alios ira premat tua.

IOVI.

i Vppiter pie / Iuppiter
Benigne / optime Iuppiter:
Qui tuo nitidum æthera
Ambis igne beato.
Te cano placidum patrem
Terrarum / placidum æquoris:
Largum quicquid ubiq; adest
Fertili dare dextra.
Sive augere libet nouis
Glebas sæminibus rudes:
Sive enatas salubribus
Fortunare alimentis.
Et nunc sæua repellere
Syluis flabra uirentibus:
Nunc lætum sata cōmodo
Culta spargere rore.
Nunc rigenna flumina :

Dura soluere compe.
Hunc defendere syrium
Aegris puluerulentum
Ternis : & pecon mala
Momenta / arbonbus mala :
Cum semel rabiem improbam
Tellus sydens haufit,
Sed nec uere nouo thima
Complecti numero queam /
Aut quas sæuus atabolus
Olim torquet harenas :
Nec si lingua adamantina
Sonet / uox adamantina :
Tuas expediam tamen
Laudes / & benefacta.
Aut cum falceferi patris
Almo sydere temperas
Minas / & rabiem feram.
Quo non sæuior alter
Seu libet misera lue
Vrbes polluere integras.
Siue fasq; / nefasq; / grati
Inuoluisse ruina.
Aut cum fraude procul mala
Pulsa / nequitia procult

Idem legibus omnia /

Idem monibus ornas.

At lugubre nefas uada

Horret tristificæ stygis:

Rotamq; / & capiti improbo

Imminenna saxa.

O cæli decus / o potens

Votorum / & triplicis boni:

Salue rite uocantibus

Felix Iuppiter alme.

MARTI.

a Ntiqua Codri progenies licet

Hinc arua bubus mille teras tuis /

Hinc dite seponas in arca

Quicquid arabs uehit æstuosus:

Frustra clientum dinumeres greges /

Et consularis præmia purpuræ /

Frustra residententes curules:

Et ueterum decora alta patrum:

Ni cuncta prudens diis referas bonis.

Hos nocte / castis hos precibus die

Supplex adores: hos in omne

Tempus opem uentamq; poscas.

Nec uero siquid durius accidit /

(Quæ multa uitæ fert uanius tenor)

Spem præter: iccirco labare

Religio pietasq; debet.

Nam nec perenni terra uitet coma:

Et sæpe / sudo nunc capimur breui /

Nunc frustra inundantes procellæ

Temificant / redeunte sole.

Quare (tot olim quanquã opibus patrum

Excussi / ethrusco carpimur onno)

Dic sancta / dic Clio parentum

Laude patrem solita graduum.

Heu tot suorum quem miseræ iurant

Clades: repulso strimone thracio

Tectisq; byzanti superbis:

Intha dum fouet arma turcæ.

Sed quid benignæ non faciunt preces /

Foran minarum desinet hic quoq;

Iam tandem: & oblitus peracti

Respiciet propior nepotes.

Tunc me nec Orpheus carminibus pater

Aequet canentem: nec pecorum deo

Laudatus æstua sub umbra

Multiloquæ fidicen camenæ.

Quanquam sonoris hic fidibus rudes

Duxisset omos / & uaga flumina

Frenasset . hunc dignatus ipse
Vltro epulis decimaq; Phœbus.
Sed plena soluens pectora numine
Dicam arma / plectro dicam adamantino
Curtus / & aduersa iacentem
Cuspide terrogenam cohortem.
Cum læua cunctis bella timentibus /
Superq; moles molibus additas /
(Sic pirna nil uirtus perhorret)
Mars cuperet tamen àrma solus.
Mars tunc olympto pnum oculis patris
Admissus : alta sub rhodope puer
Haemoq; adhuc suctus leones
Cominus exagitare aprosq;
Vt uero cunctos ancipitis mali
Concussit horror / terraq; partibus
Superba / crescebat sereno
Iam propior propiorq; celo /
Quid o quid annos digentis rudes ?
An sic crean nil aut ab loue est
Pean o ætetnum carentes
Morte dei / & bone rex deorum.
Simulq; & ensẽm dat puero / & galeam
Aeratom / & hamis undiq; nexilem
Auroq; lonicam tralicem;

Aeoli steropis laborem.
Exceptit omnis regia plausibus:
Præmulusq; nutu Iuppiter annuens
Terrasq; concussitq; cælum
Cynthe tua domina inuidente.
Et iam prophanae uersæ acies retro,
Iam terra monstribus ipsa suis grauis
Aeterna quid distent caducis
Senserat / & manibus tonantis
Concorta / ræthi fulmina fraxinis.
Iam læta signo sancta deum cohors
Redibat audito receptus /
Arma Iouis pariter canentes.
At non receptus ille / nec imperi
Audit uerendi signa: sed improba
In cæde perstabat / ferocum
Impatiens animorum / & iræ.
Ni iam tum & annos / & puen genus
Mirata dextram / nec faciem minus /
Complexa gemmanum benignis
Aurea continuisset ulnis.
Salue & uiroꝝ Mars pater / & pater
Armorum; & olim (si merui modo)
Da quæso / da graduæ pulchraq;
Ob patriam / atq; inopina fata.

VENERI.

i Am sat huc illuc Erato uagata /
Arte concussas moderante habenas

Dum per & tractus / & inane olympi
Curis apertum.

Flecte uocales agedum quadrigas
Sancta qua uocat genuina amorum.

Flecte / quis neget genitrici amorum
Carmina danda

Nunc & auratos bene pone crines /
Tortulum myrto cohibente cirrum.

Nunc & eois opibus grauatas
Indue uestes.

Qualis exortu / senieq; prima
Diceris rerum : Venens parentis
Donaq; / & largas recuisse blando
Pectine laudes.

Ante nec terræ facies inerti /
Nec suus stellis honor: & sine ullis
Aura torpebat zephyris / sine ullis
Piscibus unda.

Prima de patris gremio citherae
Cæca naturæ miserata membra /
Soluuit antiquam minimum pigendo
Federe litem.

Illa supremis spaciis remouit
Lucidum hūc ignem / mediasq; terras
Arte suspendit pelagusq; / molles
Inter & auras.

Tunc & immenso micuere primum
Signa tot cęlo; & sua flamina aer
Cępit / admirans uolucrum proterua
Pręlia fratrum.

Tunc repentinis freta uisa monstribus
Feruere: & noua facie / nouoq;
Flore / diffusos apenre tellus
Dędala uultus.

Iam greges passim uarios / boumq; at
Mentatiam pictas uolucres / ferasq;
Surgere emotis erat hęc / & illic
Cernere glebis.

Ac uirum quanuis etiam labante
Aegra plebs genu / meditant & urbes /
Tectaq; / & iam tum sociorum amicos
Iungere cętus.

Quos ferox inter medios Cupido
Acer it fratrum comitante turba.
Callidus quondam petisse certa
Quenq; sagitta,

Seu libet magnę genitricis alta

Templa / semota peragrarē cūrat
Seu procellosæ per aperta uitæ
Flectere gressum:

Siue mutato iaculis ueneno /
Mutuis tactos penitus fauillis
Carpere: & gentis breue uer / parata
Prole nouare.

Ipsa lasciuo Venus alma partu
Læta / nunc iunctis uehitur columbis /
Eriosq; altos / & opima cypri
Templa reuisens.

Ridet & tellus ueniente diua /
Carpathi & rident freta: nec sereno
Sibilat cælo / nisi blandientis
Aura fauoni.

Nunc nouis sanctum caput impedita
Flonibus / plausasq; leuis choreas
Ducit: & passim uiolis scatentem
Ter pede nudo

Concutit terram. sequitur iuuenta
Feruidum spirans: sequitur uoluptas
Prodigæ / & zonis charitum renidens
Turba solutis.

Spectat occulto latitans roseto
Mars pater. simulq; cupit uideri

Et timet: simul uelut igne cæra ex
Vdat / abiq.
Nunc ubi currus / ubi amica quondam
Hasta / quid tecum bone dux roseto
Nempe iam sordent galeæ: aptiorq
Crinibus herba est.
Illa tormentisq; / deiq; amore
Pulchrior: quam dissimulat uidere:
Hoc magis occulta placuisse quærit
Callida ab arte.
Et modo suras teretes / reducta
Veste / dum saltat studiosa nudat:
Et modo pectus reteggit / statimq
Claudit eburneam.
Sed Venus regina Iouis ppago
Aurea / huc adsis precor: & maligna
Nocte discussa tua da beata
Visere templum.

MERCVRIO.

e Rgo restabat mihi / proh deorum
Rex bone / hoc fatis etiam malignis
Patria ut græcus sacra / non pelagæ
Voce referrem.
Quiq; tot sæclis tripodas silentes

Primus Orpheo pede rite mouit.
Exul ethrusci streperem sonanda
Vallibus Arni?
Sed tamen delphisq; meis habenda
Gratia / & Maia genito beata.
Ille nec turpem exilio / nec unquam
Passus inermem.
Perq; tot terras / mala tot secutus
Per freta / huc fatis agitatum & illuc:
Largus / & scythæ dedit / & latini
Pectus usum.
Forfitan (uanus nisi fallor augur)
Et decus labente daturus æuo
Exuli: magni inuideant quod olim
Sæpe tyranni.
Intem si non patriæ beata
Voce / qua grato licitum / cadente
Te canam Phœbo / tibi substrepemus
Sydenis ortu.
O potens uatum / geminiqu; mundi
Mercuri interpres pater, unde primum
Fluxit & neruis honor / & decoræ
Copia linguæ.
Arte dum blanda populos recentes
Cede decerres solita / suisq;

Prouidus syluis / meliora tandem
Quætere suasos.
Inq; crescentes fatis ire muros
Marmora / ad uocem citharæ bicomis.
Dulce subsultim tremuli insecta
Pollicis ictum.
Nam quid & leges positas / & acris
Ingeni commenta loquar benigna?
Quis siné / incassum steterant relictis
Oppida syluis.
Tu procellosa uagus hospes alno
Adriæ cumis frera. tu remotos
Gadibus seras / gelidisq; donas
Bactra britannis
Impiger mercator. ut omnia omnes
Gentibus terræq; ferant / & auræ.
Te tuus lanusq; / forumq; supplex
Orat avarum.
Quiq; uel penna / trepidis uel extis
Doctus euentura uidere: quiq;
Fluctibus solers / numerosq; uastæ
Ponit arenæ.
Siue quis graia nitidus palestra
Barbaræ miratus opes oliuæ
Vara pisæo redeunte nudat

Brachia luftra.

Siue quis cura meliore felix
Aethera / atq; ipfas animo capaci
Concipit ftellas: pofitus q; cælo &
Nomina dicit.

Iam leues fônos dare / iam negare
Veftrum opus. ueftrum pater argicida
Nocte fofpitis apentre diuum
Condita fata.

Veftrum & aurata reuocare uirga
Sedibus functas animas fepultis.
Veftrum & inuifi fpacis iniquis
Reddere auerni.

Salue io uerum decus / exiliq;
Dulce lenimen / patriæq; uictæ.
Commodus per æque / animoq; gnauo / &
Rebus agendis.

Finis Secundi
LIBRI.

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Con-
ftantinopolitani Hymnorum
naturalium Liber
TERTIVS.

k iiii

SOLI.

Vis nouus hic ais furor scidit / un d̄ rep̄ete
 Mens fremit / horrentiq; sonant p̄acor
 dia motu /

